Prope esto dñe et omnes vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum tu es. Ps. Beati imaculati in via qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Excita dñe q̃s potentiã tuam et veni: vt hi qui ĩ tua pietate confidunt ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis ⁊ reg.

Memo. de sãcta maria ⁊ de oĩb⁹ sanctis. Lectio ysaie prophete. xi.

Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice ei⁹ ascẽdet. Et requiescet super eũ spũs dñi spirit⁹ sapiẽtie ⁊ ĩtellectus: spũs ꝯsilij ⁊ fortitudinis: spũs sciẽtie et pietatis: et replebit eũ spũs timoris dñi. Nõ secundũ visionẽ oculoꝝ iudicabit: neq; secũdũ auditũ aurium arguet. Sed iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: ⁊ spũ labiorum suorum interficiet impiũ. Et erit iusticia cingulũ lumborũ eius: et fides cinctoriũ renum eius. Grad. Ostende nobis dñe misericordiã tuam et salutare tuũ da nobis. ℣. Benedixisti dñe terram tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Repetatur Gra.

Secundum lucam. primo.

In illo tp̃e. Exurgẽs maria: abiit ĩ montana cum festinatione ĩ ciuitatẽ iuda ⁊ ĩtrauit in domũ zacharie: et salutauit elisabeth. Et factũ est vt audiuit salutationẽ marie elisabeth: exultauit ĩ gaudio infãs ĩ vtero ei⁹. Et repleta est spũ sctõ elisabet: ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit. Bñdicta tu inter mulieres: ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce eñi vt facta est vox salutationis tue ĩ aurib⁹ meis exultauit in gaudio ĩfans ĩ vtero meo. Et beata que credidisti: qm̃ perficiẽtur ea que dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aĩa mea dominũ. Et exultauit spũs me⁹: ĩ deo salutari meo. Offerto. Deus tu conuertens viuificabis nos ⁊ plebs tua leta

bitur in ter: ostēde nobis dn̄e misericordi-am tuā: ꝛ salutare tuū da nobis. Secr.

Muneribus nostris quesum⁹ dn̄e precib⁹ qꝫ susceptis: ꝛ celestib⁹ nos munda mysteriis: ꝛ clementer exaudi. Per dn̄m. Cōio. Ecce dn̄s veniet et oēs sancti ei⁹ cum eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.

Ui nos dn̄e sacramēti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos in mysterii salutaris faciat transire consortium. Per dn̄m. ¶ Notandū vo q̄ si vig. scti thome vel alicui⁹ alteri⁹ apl̄i ī dn̄ica cōtige: missa de vig. dicet̄ in cap. i. ad altare cap. Si vero aliqua alia fer. euen. magna mis. erit de vigil. Et si vig. ꝛ. iiii. tp̄a. cōcurrāt prima mis. erit de vig. et scd̄a de. iiii. tēpoꝝ vtraqꝫ eque solēnit̄ ad magnū altare: ꝛ ad mis. de vig. erit scd̄a. oꝝ Deus q̄ caritatis. ꝛ. iii. oꝝ. erit. Deus a quo scta. Et ad mis. de iiii. tēpo. erit ii. oꝝ. de. s. maria: ꝛ. iii. de oīb⁹ sctis. In minorib⁹ vo eccl. vbi tm̄ hr̄ vn⁹ capellan⁹: dicat̄ mis. de. iiii. tēpori. et post mis. fiat mēo. cū toto officio misse de vig. Et si fe. iii. lec. ī aliqua fer. iiii. tēpoꝝ eue. fiat mēo. tm̄ de eodem. Oꝝ vo ptinēs ad feriā. iiii. tēpoꝝ dicetur tm̄ ad mis. et ad matu. et ad alias horas dicet̄ orō de do. nisi in aduen. dn̄i. vbi dicet̄ oꝝ ad missam q̄ ad mat. Si vo fest. dup. vel ix. lec. in aliqua feria. iiii. tēpoꝝ eue. fiat sicut scribitur de fest. sancti thome apl̄i excepta mēo. de sctā maria que nō dicetur in festis du. siue. ix. l. extra aduē. nisi ad placitū. Si vo ī fest. ix. lect. fit mētio de missa in cap. alia missa p maiori habetur. Et si contingat in huiusmodi fes. q̄ vna tantū celebretur mis. totū seruitiū fiat de fes. ix. lect. et post mis. fiat mēo. cū toto officio mis. de ieiunio. ¶ In rogationib⁹ vo si ita cōtingat. procel. fiat pertinēs ad ieiuniū. Et si fe. sancti thome apostoli in aliqua fer. iiii. tēpoꝝ euen. mis. de ieiunio dicet̄ post terciā cū mēo. de. s. maria et de oīb⁹ sctis. ꝛ post sextā fiat solē. mis. de apostolo sine aliqua memoria.

¶ Sabbato ad missam officium.

Ueni ꝛ ostende nobis faciē tuam dn̄e q̄ sedes super cherubin et salui erimus. Ps. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. Oēs orōnes dn̄r sine Dn̄s vobisc. pter vltimā q̄ est prima āte epistolā sed tm̄ cū Oremus. ꝛ oēs lec. cū suis titulis legant̄ pri. lect. a diaco. legatur. cetere lec. a vicariis ī supplicìis in medio chori legant̄. Orō.

Deus qui conspicis quia ex nr̄a prauitate affligimur: concede propicius: vt ex tua visitatiōe consolemur. Qui vi. Lctō ysaie. xix.

In diebus illis. Clamabunt ad dn̄m a facie tribulātis: et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dn̄s ab egypto ꝛ cognoscēt egyptii dn̄m in die illa: et colent eum in hostiis et muneribus: et vota vouebunt dn̄o ꝛ soluent. Et pcutiet dn̄s egyptum plaga: ꝛ sanabit eam. Et reuertentur ad dn̄m / et placabitur eis: et sanabit eos dn̄s deus noster. Gradale. A summo celo egressio ei⁹. et occursus eius vsqꝫ ad summum eius. V. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. ¶ Nullum gradale repetat̄ post vsu. Oꝝ

Concede q̄sumus oīpotens de⁹: vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filii tui noua natiuitate liberemur. Qui tecū viuit. ¶ Lectio ysaie prophete. xxxv.

Hec dicit dn̄s. Letabitur deserta et inuia: et exultabit soli-

tudo et florebit quasi lilium. Germi
nans germinabit: et exultabit leta-
bunda et laudans. Gloria libani da
ta est ei: decor carmeli et saron. Ipsi
videbunt gloriam dñi: et decorē dei
nostri. Cōfortate manꝰ dissolutas:
et genua debilia roborate. Dicite pu
sillanimes: confortamini: et nolite ti
mere. Ecce deꝰ noster vltionem ad-
ducet retributionis: deus ipse veniet
et saluabit nos. Tūc aperiētur ocu-
li cecorum: et aures surdorum pate-
bunt. Tunc saliet sicut ceruus clau-
dus: ⁊ aperta erit lingua mutorum.
Quia sicce sunt in deserto aque: ⁊ tor
rentes in solitudine. Et que erat ari-
da in stagnum: et sitientes in fontes
aquarū: ait dñs omnipotens. Gra-
dale. In sole posuit tabernaculum suū:
et ipse tanq̄ sponsus ꝓcedēs de thalamo
suo. ℣. A summo celo egressio eiꝰ et occur
sus eius vsq̄ ad summū eius. Oratio.

INdignos nos famulos tu-
os q̄sumus dñe: quos actio-
nis proprie culpa contristat: vnige-
niti filii tui aduentu letifica. Qui te-
cum vi. ¶ Lectio ysaie prophete. xl.

HEc dicit dñs deꝰ. Sup mon-
tē excelsū ascēde tu qui euāge
lizas syon: exalta i fortitudine vocē
tuā qui euāgelizas hierusalē. Exal-
ta: noli timere. Dic ciuitatibus iude.
Ecce deꝰ vester. Ecce dñs deus i for
titudine veniet: ⁊ brachiū eiꝰ dñabi-
tur. Ecce merces eius cū eo: et opus
illius coram illo. Sicut pastor gre-
gem suū pascet: in brachio suo con-
gregabit agnos: ⁊ in sinu suo leua-
bit eos dñs deus noster. Grad. Dñe
deus virtutū conuerte nos ⁊ ostende fa-
ciē tuā ⁊ salui erimus. ℣. Excita dñe po-
tētiā tuā ⁊ veni: vt saluos facias nos. Or.

PResta q̄s oīpotens deus: vt
filii tui ventura solēnitas: et
presētis nobis vite remedia cōferat:
et premia eterna cōcedat. Per eūdē.

¶ Lectio ysaie prophete. xlv.

HEc dicit dñs deus. Xpo meo
cyro cuius apprehendi dexte-
ram: vt subiiciam ante faciē eius gē
tes: et dorsa regum vertam. Et ape-
riā coram eo ianuas: ⁊ porte nō clau
dentur. Ego ante te ibo: ⁊ gloriosos
terre humiliabo. Portas ereas con-
teram: et vectes ferreos cōfringam.
Et dabo tibi thesauros abscōditos:
et archana secretorum: vt scias quia
ego dñs qui inuoco nomen tuū de-
us israel. Propter seruum meum ia
cob: ⁊ israel electū meum. Et vocaui
te nomine tuo: assimilaui te ⁊ nō co-
gnouisti me. Ego dñs et non est ali
us: extra me non est deus. Accinxi te:
et nō cognouisti me. Ut sciāt hi qui
ab ortu solis ⁊ qui ab occidente: qm̄
absq̄ me non est deus. Ego dñs: et
non est alter Formans lucē: ⁊ creās
tenebras Faciens pacem: et creans
malū. Ego dñs faciens omnia hec.
Rorate celi desuper: ⁊ nubes pluant
iustū: aperiatur terra ⁊ germinet sal
uatorem. Et iusticia oriatur simul:
ego dñs creaui eū. Grad. Excita dñe
potentiā tuā et veni vt saluos facias nos
℣. Qui regis israel intende: qui deducis
velut ouem ioseph: qui sedes super cheru
bin: appare corā effraym beniamin ⁊ ma-
nasse. Sequitur ōro cū Oremꝰ. tm̄.

PReces populi tui quesumus
domine clementer exaudi: vt
qui iuste pro peccatis nostris affligi
mur: pietatis tue visitatione conso-
lemur. Qui viuis et regnas cū deo
pře. Hec lectio sequēs legat̃ i medio
chori ab aliquo vicario seniori in su
perpellicio ⁊ capa rubea serica ¶ Le-
ctio danielis prophete. tercio.

IN diebus illis. Angelus dñi
descēdit cū azaria et sociis eiꝰ
in fornacē: et excussit flammā ignis
de fornace: et fecit medium fornacis
quasi ventum roris flantem. Flam

ma autē diffusa est super fornacem cubitis quadraginta noue: et incendit quos reperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis q̄ eam incendebāt. Illos autē omnino non tetigit ignis neq̧ contristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore hymnum dicebant et glorificabant deum in fornace dicentes.

¶ Sequatur in medio chori a duob⁹ vicariis: i cappis sericis secundū dispositionem cantoris. Tractus.

Benedict⁹ es dñe de⁹ patrū nr̄oꝝ. Et laudabilis ⁊ glorios⁹ i secula. repetat. ℣. Et benedictum nomē glorie tue quod est sctū. ℟. Et laudabile ⁊ gloriosum i secula. ℣. Bñdictus es in tēplo sancto glorie tue. Et laudabilis ⁊ gloriosus. ℣. Bñdict⁹ es sup thronū sanctū regni tui. Et laudabilis. ℣. Bñdict⁹ es qui sedes sup cherubin: ituēs abyssos. Et laudabilis. ℣. Bñdictus es q̄ sedes sup sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis. ℣. Bñdictus es q̄ ambulas sup pēnas vētorū. Et laudabilis. ℣. Bñdicant te oēs angeli ⁊ sancti tui. ℣. Et laudēt et glorificēt te i secula. ℣. Bñdicant te celi ⁊ terra mare et oia q̄ in eis sunt. Et laudent. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spūi sācto. Et laus et honor ⁊ potestas et iperiū. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊ semp et i secula seculoꝝ. Amen. Et laus. ℣. recipiat. Tractus. Bñdictus es. ℣. Et laudabilis et gloriosus. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Orō.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū concede propicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorum. Per dñm.

¶ Mēoria de sācta maria et de oib⁹ sāctis. Ad thessalonicen. scdo secūde

Fratres. Rogam⁹ vos p aduentū dñi nostri iesu christi: et nostre ↄgregationis in ipsum: vt non cito moueamini a vestro sēsu. Neq̧ terreamini neq̧ per spiritū neq̧ per sermonem / neq̧ per epistolā tanq̄ per nos missam: quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniā nisi venerit discessio primū: et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui aduersatur et extollitur super omne quod dicitur de⁹: aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat ostendens se tāq̄ sit deus. Non retinetis q᷑ cum adhuc essem apud vos: hec dicebā vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tēpore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem dñs iesus interficiet: spiritu oris sui. Et destruet: illustratione aduentus sui. Tractus

Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. ℣⁹ Qui sedes super cherubin: appare coram effraym beniamin et manasse. ℣⁹ Excita dñe potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. ¶ Secundum lucam tercio.

Anno quītodecimo imperii tiberii cesaris: procurāte pōtio pylato iudeam: tetrarcha autem galilee herode: philippo autē fratre eius tetrarcha iturie et traconitidis regionis: ⁊ lisania abiline tetrarcha sub principib⁹ sacerdotum anna et caypha: factum est verbū dñi super iohannem zacharie filiū in deserto. Et venit in oēm regionē iordanis: predicans baptismū penitentie in remissionem peccatoꝝ: sicut scriptum est in libro sermonū ysaie prophete. Vox clamātis in deserto parate viā dño: rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur et omnis mōs et collis humiliabitur: et erunt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro: salutare dei. Offertoriū. Exulta satis filia syon predica hierusalem rex tuus venit tibi sanctus et saluator. Secreta.

Sacrificiis p̄sentib⁹ quesum⁹ dn̄e placatus intēde: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per dn̄m. Cōio. Exultauit vt gygas ad currēdā viā a summo celo egressio ei⁹ et occurs⁹ ei⁹ vsq₃ ad sūmū ei⁹. Postcō.

Quesum⁹ dn̄e deus noster vt sacrosancta mysteria q̄ pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remediū esse facias et futurū. Per dn̄m nostrū.

Dn̄ica.iiii.aduentus dn̄i officiū.



Memēto nostri dn̄e ī bn̄placito populi tui: visita nos ī salutari tuo ad vidēdū in bonitate electorum tuo℞/in leticia gētis tue: vt lauderis cum hereditate tua. Ps. Cōfitemini dn̄o quoniam bonus: quoniā in seculum misericordia eius. Oratio.

Excita dn̄e potentiā tuā et veni: et magna nobis virtute succurre: vt auxiliū gratie tue quod nostra peccata prepediūt: īdulgētia tue ppiciationis acceleret. Qui vi. ꝛ reg.cū de.pa. Ad philippēses.iiii.

Fratres. Gaudete ī dn̄o semper: iterū dico gaudete. Modestia vestra nota sit oībus hoībus: dn̄s prope est. Nichil solliciti sitis: sed in oī oratione et obsecratione cū gratiarū actione petitiōes vestre innotescant apud deū. Et pax dei que exuperat omnē sensū: custodiat corda vestra ꝛ itelligētias vestras. In christo iesu: dn̄o nostro. Grad. Prope est dn̄s oībus inuocātibus eum: oīb⁹ qui inuocāt eū in veritate. ℣. Laudē dn̄i loq̄tur os meū ꝛ bn̄dicat oīs caro nomen sanctū ei⁹. Allā. ℣. Ueni dn̄e ꝛ noli tardare relaxa facinora plebi tue. Sequentia

Iubilemus oēs vna. Deo nostro qui creauit oīa. Per quē cuncta condita sunt secula. Celū q̄d plurima luce choruscat: et diuersa sunt sydera. Sol mundi scema: noctium decus luna: ceteraq₃ splendentia. Mare solū alta plana et profunda flumīa. Aeris ampla spacia: quo discurrunt aues venti atq₃ pluuia. Hec simul cuncta tibi soli deo patri militant. Nunc et in euum: sine fine per secla laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terra misisti sine culpa sed ob nr̄a delicta. Te trinitas precamur vt corpora nostra ꝛ corda: regas et protegas et dones peccatorū veniam. Secundū iohannem. i.

In illo tēpore. Miserūt iudei ab hierosolimis sacerdotes ꝛ leuitas ad iohānē: vt interrogarent eum: tu q̄s es? Et cōfessus est: et nō negauit. Et cōfessus est: q₂ nō sum ego xp̄s. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Nō sum. Propheta es tu? Et respōdit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es vt responsum dem⁹ his q̄ miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamātis in deserto dirigite viam dn̄i sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erāt ex phariseis. Et interrogauerunt eū: et dixerunt ei. Quid ergo baptisas si tu nō es christ⁹/neq₃ helyas/neq₃ propheta? Respondit eis iohannes: dicens. Ego baptiso in aqua: medi⁹ autem vestrum stetit/quem vos nescitis. Ipse est qui post me ventur⁹ est qui ante me fact⁹ est: cuius ego nō sum dignus: vt soluā eius corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta sunt trans iordanē: vbi erat iohānes baptisans. Offert. Aue maria gratia plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu ī mulierib⁹ et bn̄dictus fruct⁹ ventris tui. Secreta.

Sacrificiis p̄sentibus dn̄e placatus intēde: vt ꝛ deuotioni nr̄e p̄ficiāt et saluti. Per do. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomen ei⁹ emanuel. Postcōio.

SUmptis muneribus sacris
quesumus dñe: vt cũ frequẽ
tatiõe misterii crescat nostre salutis
effectus. Per dñm nr̃m iesũ xp̃m.
¶ Feria scd̃a vt in dñica feriaster.
¶ Fer. iiii. Lectio ysaie pphete. xvi.

HEc dicit dñs de⁹. Emitte a=
gnum dñe dominatorẽ ter=
re de petra deserti ad montẽ filie syõ
et erit sicut auis fugiẽs: ⁊ pulli de ni=
do auolantes. Sic erunt filie moab
in trãscensu arnon. Ini consiliũ co=
ge consiliũ: pone quasi noctem vm=
bram tuã in meridie. Abscõde fugiẽ
tes et vagos ne prodas. Habitabũt
apud te profugi mei: moab esto lati
bulum eorum a facie vastatoris. Fini=
tus est puluis: cõsummatus est mi=
ser defecit qui conculcabat terrã. Et
preparabit in mĩa solium eius: et se=
debit super illud in veritate in taber
naculo dauid. Iudicans et querens
iudicium: ⁊ velociter reddens quod
iustum est. Ait dñs: omnipotẽs.
¶ Secundum matheum. tercio.

IN illo tẽpore. Uidens iohan
nes multos phariseorũ et sa=
duceorum veniẽtes ad baptismum
suum: dixit eis. Progenies vipera=
rum: quis demõstrauit vobis fuge
re a futura ira? Facite ergo fructum
dignũ penitẽtie. Et ne velitis dicere
inter vos: patrẽ habem⁹ abraham.
Dico enĩ vobis: q̃m potens est deus
de lapidib⁹ istis suscitare filios abra
he. Iam enĩ securis ad radicẽ arborũ
posita est. Omnis ergo arbor q̃ nõ
facit fructum bonum: excidetur ⁊ in
ignem mittetur. Ego quidẽ bapti=
so vos i aqua in penitẽtiã: qui autẽ
post me venturus est fortior me est:
cuius nõ sum dign⁹ calciamẽta por
tare. Ipse vos baptisabit: in spiritu
sancto et igne. ¶ Feria sexta. Le=
ctio ysaie prophete. xxviii.

HEc dicit dñs deus. Ecce ego
mittã in fundamẽtis syon lapidem
probatũ angularẽ preciosum i fun=
damento fundatũ. Et ois qui credit
in eũ: nõ turbabitur. Festinet vt po
nat iudiciũ in põdere et iusticiam in
mẽsura. Et subuertet grando spem
mẽdacii: et in ptectionẽ aque inũda
bunt. Hoc enim a dño deo exercituũ
vt mirabile faceret iudiciũ ⁊ magni
ficaret iusticiã. Propterea expectat
dñs vt misereat̃ nostri: ⁊ ideo exalta
bitur parcẽs nobis. Quia de⁹ iudi=
cii dñs: beati omnes qui expectant
eum. ¶ Secundum iohannem. i.

IN illo tẽpore: Iohãnes testi=
monium perhibebat de dño:
et clamabat dicens. Hic erat quẽ di=
xi vobis: qui post me vẽtur⁹ est an=
te me fact⁹ est q2 prior me erat. Et de
plenitudine eius nos omnes accepi
mus: et gratiã pro gratia. Quia lex
per moysẽ data est: gratia et veritas
per iesũ xp̃m facta est. Deum nemo
vidit vnq̃: nisi vnigenit⁹ qui est in
sinu patris: ipse enarrabit omnia.
¶ In vigilia natiuitat. dñi. Offm̃.



HOdie scietis quia veni=
et dñs et saluabit vos:
et mane videbitis glori=
am ei⁹. Ps. Dñi est terra et
plenitudo eius: orbis terrarũ et vniuersi
q̃ habitant i eo. Gloria. Hodie sci. Oro.

DEus qui nos redemptionis
nostre ãnua expectatione le=
tificas: presta vt vnigenitum tuum
quem redemptorem leti suscipim⁹:
venientem quoq3 iudicem securi vi
deamus dominum nostrum iesum
christum filium tuum. Qui tecũ vi=
uit et regnat in vnita. ¶ Memoria
nõ dicitur. Lectio ysaie pphete. lxii.

HEc dicit dñs. Propt̃ syõ nõ
tacebo: ⁊ propter hierusalem
non quiescã: donec egrediat̃ vt splẽ=
dor iustus eius et saluator eius vt lã
pas accẽdatur. Et videbunt gentes

iustum tuum: et cuncti reges inclitum tuũ. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os dñi nominauit. Et eris corona glorie in manu dñi / ⁊ diadema regni i manu dei tui. Nõ vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis volũtas mea in ea: et terra tua inhabitabitur qꝛ cõplacuit dño i te. ¶ Ad romanos primo

Fratres. Paulus seruus iesu christi vocatus apostol⁹: segregatus in euãgelium dei quod ãte promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo: qui factus est ei ex semine dauid secũdũ carnem. Qui predestinatus est fili⁹ dei i virtute: secundum spiritũ sanctificationis ex resurrectiõe mortuorum iesu christi dñi nostri. Per quẽ accepimus gratiam ⁊ apostolatum ad obediendũ fidei: in omnib⁹ gentibus pro nomine eius. In quibus estis et vos vocati: iesu christi domini nostri. Gradale. Hodie scietis qꝛ veniet dñs et saluabit vos: et mane videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis israel itẽde qui deducis velut ouem ioseph. qui sedes super cherubi appare coram effraym beniamyn ⁊ manasse. Grad. repetatur si sit dñica. Alleluya. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre: et regnabit super vos saluator mũdi. ¶ S. matheum. i.

In illo tempore. Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph: anteq̃ conuenirent inuenta est in vtero habẽs de spiritu sancto. Joseph autem vir ei⁹ cum esset iustus et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã coniugẽ tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populũ suum: a peccatis eorum. Offert. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales ⁊ itrobit rex glie. Secr.

Da nobis quesumus omnipotens deus: vt sicut ad adoranda filii tui natalicia preuenimus sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per eũdem dñm nostrum iesũ xp̃m. Cõmunio. Reuelabitur gloria dñi: et videbit oĩs caro salutare dei nostri. Postcommunio.

Da nobis dñe quesumus vnigeniti filii tui recensita natiuitate respirare: cuius celesti misterio pascimur et potamur. Per dñm nostrũ iesum xp̃m filiũ tuũ. ¶ Si hec vigilia in dñica euenerit: missa dñicalis dicatur post primã ad altare capituli. Officium Memẽto no. ⁊c. vt in illa dñica notatur. Excepto q̃ nõ repetatur officiũ ante Gloria patri. nec Gradale post versũ nec dicetur sequẽtia. Et fiet mẽoria de sancta maria et de omnib⁹ sanctis. et legatur epistola in medio chori. Gradale ab vno ceroferar. et Alleluia ab alio cerofera. vicissim in medio chori cantetur et dicetur. Credo. Cetera de dñica dicãtur. Postea fiat processio dñicalis vt in processionali continetur: ⁊ sequatur magna missa de vigilia ad mai⁹ altare more simplicis festi nouẽ lectioñ. Offiñ. Hodie scietis. ⁊c. vt supra notatur. vna tantum oratio dicitur. De⁹ qui nos ⁊c. lectio ab vno de maiorib⁹ personis ecclesie legatur in pulpito. similiter epistola et euange. in eodẽ loco dicitur et Gradale a duobus pueris. et Alleluya. a duobus rectoribus in eodem loco cantentur: et dicatur sequẽtia. Jubilemus. vt in eadẽ dñica notatur. et dicitur. Credo. et Prefatio communis. cetera de vigilia. ¶ Ad missam in gallicantu. Officium.


Ominus dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratione clarescere: da nobis q̄s: vt cui⁹ lucis mysteria i terra cognouimus ei⁹ quoq3 gaudiis i celis perfruamur. Per eūdem dñm nostrū.

Lectio ysaie prophete.ix.

Hec dicit dñs. Populus gentiū q̄ ābulabat i tenebris: vidit lucē magnā. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis Paruulus enī natus est nobis: et filius datus est nobis. Et fact⁹ est pricipatus sup humerū eius: et vocabitur nomē eius admirabilis consiliarius de⁹ fortis pr̄ futuri seculi princeps pacis. Multiplicabitur ei⁹ imperiū: et pacis nō erit finis. Sup soliū dauid et super regnū ei⁹ sedebit: vt confirmet illud ⁊ corroboret i iudicio et iusticia. Amodo: et vsq3 i sempiternum. Finita lec. sine interuallo legatur ibidem epistola. Ad titū.ii.

Charissime. Apparuit grā dei saluatoris nostri oībus hoībus erudiens nos: vt abnegantes ipietatem ⁊ secularia desideria: sobrie et iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. Expectantes beatā spem: et aduētū glorie magni dei ⁊ saluatoris nr̄i iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonoꝝ operum. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu: dño nostro. Gradale. Tecum principium in die virtutis tue: i splēdoribus sanctorū ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Gradale repetatur. All'a. ℣. Dñs dixit ad me fili⁹ meus tu ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canūt oīa dño pie agminia. Sillabatī pneumata perstringēdo organica. Hac die sacrata in qua noua sunt gaudia mūdo plene reddita. Hac nocte precelsa itonuit et gloria in voce angelica. Fulserunt et imania nocte media pastoribus lumina. Dū fouent sua pecora subito diua pcipiūt monita. Natū alma virgine qui extat ante secula. Est immēsa in celo gloria pax et in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat. Et tanto canore crepat alta poli machina. Sonet et p oīa hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepent cuncta deū natū i terra. Confracta sunt ⁊ imperia hostis crudelissima. Pax in terra reddita: nunc letātur oīa nati per exordia. Solus qui cōdidit oīa. Solus q̄ tuetur oīa. Ipse sua pietate soluat omnia pctā nr̄a. Euāgel. a diaco. iuxta altare legat. Scdm lucam. scdo.

In illo tpe. Exiit edictū a cesare augusto vt describeret vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta est a p̄side sirie cyrino. Et ibāt oēs: vt pñterent singuli i suā ciuitatem. Ascēdit autē et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatem dauid q̄ vocat bethleē: eo qd̄ esset de domo et familia dauid: vt profiteret cū maria despōsata sibi vxore pregnāte. Factū est autē cū essent ibi: ipleti sunt dies marie vt pareret et peperit filiū suū primogenitum. Et pannis eū inuoluit: et reclinauit eū in presepio qz nō erat ei locus i diuersorio. Et pastores erant in regione eadē vigilātes et custodientes vigilias noctis super gregē suum. Et ecce āgel⁹ dñi stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circūfulsit illos: ⁊ timuerūt timore magno. Et dixit illis āgel⁹.

Nolite timere. Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit omni populo: qꝛ nat⁹ est vobis hodie saluatoꝛ qui est xp̃s dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signũ. Inuenietis infantē pãnis inuolutũ: et positum in p̄sepio. Et subito facta est cũ ãgelo multitudo militie celestis: laudantiũ deũ et dicentiũ. Gloria in altissimis deo ⁊ i terra pax hoībus: bone volũtatis. Credo. Offertoꝛium. Letentur celi et exultet terra ante faciem domini quoniam venit. Secreta.

Accepta tibi sit q̃s dñe hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gr̃a largiente: per hec sacrosancta cōmercia in illius īueniamur foꝛma: in quo tecũ est nostra substãtia iesus xp̃s fili⁹ tuus dñs noster. Qui tecũ. Pꝛefatio. Quia per incarnati. Communicãtes ⁊ noctem. Cōmunio. In splendoꝛibus sanctoꝛum ex vtero ãte luciferũ genui te. Postcōmunio

Da nobis q̃s dñe deus nr̃: vt qui natiuitatē dñi nostri iesu xp̃i nos frequẽtare gaudem⁹: dignis ꝯuersationibus ad ei⁹ mereamur ꝑuenire ꝯsoꝛtiũ. Qui te. vi. ⁊re.

Ad missam in auroꝛa. Officiũ.


Lux fulgebit hodie super nos qꝛ natus est nobis dñs ⁊ vocabit̃ admirabilis de⁹ pꝛinceps pacis pr̃ futuri seculi: cui⁹ regni nō erit finis. ℣. Dñs regnauit decoꝛē īduit: īduit dñs foꝛtitudinē ⁊ p̄cīxit se virtute. Orõ.

Da nobis quesumus oı̄potēs deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere: quod p fidem fulget in mente. Memo. de sancta anastasia sub vna cōclu. oratio.

Da q̃s oı̄ps deus: vt qui beate anastasie martyꝛis tue solēnia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per do. Iste due orões simul finiētur sub vna ꝯclusiōe. De ꝯclusione duaꝝ vel triũ orõnũ. Qñcũqꝫ ei due orones debēt dici ad missam sub vna termīatione ꝯcludãt qꝛ quasi p vna orone debēt haberi. Et si ꝯti. vt i festo sctōꝝ fabiani et sebastiani q̄ vna tñ fiat mēo. s. de scã maria vel aliqua alia: oēs orationes sub vna terminatione concludantur. Lectio ysaie pphete. lxi.

Hec dicit dñs. Sp̃us dñi sup me eo qđ vnxerit me: euãgelizare pauperib⁹ misit me. Ad annũciandũ mãsuetis misit me: vt mederer cōtritos coꝛde ⁊ p̄dicarē captiuis indulgētiã et clausis apꝛtionem. Ut p̄dicarē annũ placabilē dño: et diē vltionis deo nr̃o. Ut cōsolarer oēs lugētes: et ponerē foꝛtitudinē lugētibus syō. Et darē eis coꝛonã pꝛo cinere: oleũ gaudii p luctu: palliũ laudis pꝛo sp̃u meroꝛis. Et vocabũtur in ea foꝛtes iusticie: plantatio dñi ad gloꝛificandũ. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terre. Dicite filie syon: ecce saluatoꝛ tuus venit. Et merces eius cum eo: et opus illius coꝛam illo. Et vocabunt eos populus sanctus redempti a dño. Ad titum. iii.

Carissime. Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoꝛis nostri dei. Nō ex operibus iusticie q̃ fecimus nos: sed scđm suam m̃iam saluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis ⁊ renouatiōis sp̃us scti: quē effudit i nos abũde: p iesũ xp̃m saluatoꝛē nostrũ. Ut iustificati gratia ipsi⁹: heredes sim⁹ scđm spē vite eterne. In xp̃o iesu: dño nostro. Grandale. Bñdictus qui venit in noīe dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factũ est et est mirabile in oclis nr̃is. ℣⁹. Dñs regnauit decoꝛē induit īduit dñs foꝛtitudinē et p̄cinxit se virtute. Sequentia.

Letabũd⁹ exultet fidelis choꝛus allã. Regē regũ intacte

profudit thorus res mirãda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens: stella semp rutilãs: semp clara. Sicut sydus radiũ profert virgo filiũ: pari forma. Neq; syd⁹ radio neq; mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo: valle nostra. Verbum ens altissimi: corporali passum est carne sumpta. ysaias cecinit/synagoga meminit: nuq̃ tamen desinit esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gentilibus sibilinis versibus hec predicta. Infelix propera/crede vel vetera/ cur dãnaberis gens misera. Quem docet littera natũ cõsidera/ipsum genuit puerpera. ¶ Secundũ lucam scdo.

In illo tẽpore. Pastores loq̃bantur adinuicẽ. Trãseam⁹ vsq; bethleem/ & videam⁹ hoc verbum qd̃ factũ est: qd̃ fecit dñs & ostẽdit nobis. Et venerũt festinãtes: et inuenerũt mariã et ioseph: & infantem positũ in p̃sepio. Videtes autẽ: cognouerũt de verbo qd̃ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierunt mirati sunt: & de his que dicta erant a pastorib⁹ ad ipsos. Maria autẽ conseruabat oĩa verba hec: cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes et laudantes deum: in oĩbus que audierant et viderant: sicut dictũ est ad illos. Credo. Offert. Deus enim firmauit orbẽ terre qui non cõmouebitur parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta

Munera nostra q̃sumus dñe natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniãt: vt sicut homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinum est. Alia secreta.

Accipe q̃sum⁹ dñe munera dignãter oblata: et anastasie martyris tue suffragãtibus meritis: ad nostre salutis auxiliũ prouenire concede. Per dñm nostrum. Prefatio. Quia per icarna. Cõmunicãtes et diẽ sacra. Cõio. Exulta filia syon lauda filia hierusalẽ ecce rex tu⁹ venit sanct⁹ et saluator mũdi. Postcõ.

Huius nos dñe q̃sumus sacramẽti semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. ¶ Aliud sub vna conclusione.

Satiasti dñe familiam tuam muneribus sacris: eius que sumus iteruẽtione nos refoue: cui⁹ solennia celebramus. Per dñm.

¶ In die natiuitatis dñi. Ad magnam missam. Officium.



Puer natus est nobis et filius datus est nobis: cui⁹ iperium super humerum ei⁹: et vocabitur nomẽ ei⁹ magni ɔsilii angel⁹. Ps. Cãtate dño canticũ nouũ: q; mirabilia fecit. Orõ.

Concede q̃s omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua p carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruit⁹ tenet. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Lectio ysaie prophete. lii.

Hec dicit dñs. Propt hoc sciet populus me⁹ nomẽ meũ in die illa: q; ego ipse qui loq̃bar ecce

assu. Quã pulchri super montes pe
des ãnunciãtis ꝛ ꝑdicãtis pacẽ: an
nũciãtis bonũ ꝑdicãtis salutẽ dicẽ
cẽtis. Syon: regnabit de⁹ tu⁹. Vox
speculatoꝝ tuoꝝ leuauerũt vocẽ si-
mul laudabũt: qꝛ oculo ad oculum
videbũt: cũ ꝯuerterit dñs syõ. Gau
dete et laudate simul deserta hieru-
salẽ: qꝛ cõsolat⁹ est dñs ppl'm suũ:
redemit hierusalem. Parauit dñs
brachiũ sãctũ suũ: ĩ oculis oĩm gen
tiũ. Et viderũt oẽs fines terre: salu
tare dei nostri. ¶ Ad hebreos p'mo.

FRatres. Multipharie mul
tisqꝫ modis olim deus lo-
quẽs patribus ĩ prophetis: nouissi
me dieb⁹ istis locut⁹ est nobis in fi-
lio quẽ cõstituit heredẽ vniuersoꝝ:
per quẽ fecit ꝛ scl'a. Qui cũ sit splen-
doꝛ glie ꝛ figura substãtie eius poꝛ
tansqꝫ oĩa verbo virtutis sue: pur-
gationẽ peccatoꝝ faciens: sedet ad
dexterã maiestatis in excelsis. Tã-
to melioꝛ angelis effectus: quanto
differẽtius pre illis nomẽ hereditа-
uit. Cui eni dixit aliqñ angeloꝝ fi-
lius me⁹ es tu: ego hodie genui te.
Et rursum. Ego illi ero ĩ patrem:
et ipse erit michi in filiũ. Et cũ iterũ
introduxit primogenitum ĩ oꝛbem
terre: dicit. Et adoꝛent eum: omnes
angeli dei. Et ad angelos quidẽ di
cit. Qui facit angelos suos spirit⁹:
et ministros suos flammã ignis.
Ad filium autẽ. Thronus tuus de
us ĩ seculum seculi: virga equitatis
virga regni tui. Dilexisti iusticiã et
odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te
deus deus tu⁹ oleo exultatiõis: pre
participib⁹ tuis. Et tu in principio
dñe terrã fundasti: ꝛ opera manuũ
tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu
autem permanes: et omnes vt ve-
stimentũ veterascẽt. Et velut ami-
ctum mutabis eos: ꝛ mutabuntur.
Tu autem idem ipse es: et anni tui
non deficient. Grad. Viderunt oĩs
fines terre salutare dei nr̃i iubilate deo
omnis terra. ℣. Notum fecit domin⁹ sa-
lutare suum: ante conspectum gentium
reuelauit iusticiam suam. Alleluya. ℣.
Dies sanctificatus illuxit nobis: venite
gentes ꝛ adoꝛate dominũ quia hodie de
scẽdit lux magna sup terrã. Sequẽtia.

Christi hodierna celebremus
natalicia Celica resonẽt cla-
re camenas agmina. Nunc regis
celebrando gratulantur nuptias.
Lux noua iã terras illustrat vete-
res pellens tenebras. Reserat super
na gratia diu clausa palatia. Felix
mater et sola intacta eterna puerpe
ra. Cum nato stas grauida: cũ vi-
ri sis cubilis nescia. Omnis cater-
ua nr̃a te rogat dña. Soluas quo
nostra cuncta peccaminum vincu-
la virgo sempiterna beata. Digna
fuisti sola tollẽtem crimina. Intra
vteri claustra poꝛtare q̃ gubernat
omnia supera infera. Hũc sua lau-
dant facta: gaudenter bona qua vi
uunt super essẽtia. Nos humillima
turba dem⁹ debita poscẽtes eius cle
mentia. Ut nostra prestans tẽpoꝛa
nũc quieta: det placita frui vita vti
lia donando famulis munera. Ac ĩ
ter nos discrimina seua soluẽs post
funera derelicta sedem ducat moꝛ-
tis ac maloꝛũ ignarã. Qui ad dex-
teram patris almam: sedens conre
gnat coetern⁹ per oĩa. Potẽter cun
cta disponẽdo cũ eo secla ꝑsẽtia ꝛ fu
tura. Btã iustis donãs oĩb⁹ pmia.
Preclara qua lux vera micat: q̃ est
sal⁹ eterna ꝛ nr̃a glia. ¶ Initiũ sã-
cti euangelii. Secũdum iohannẽ. i.

IN principio erat verbũ. Et
verbum erat apud deũ. Et
deus erat verbum. Hoc erat in prin
cipio: apud deũ. Oĩa per ipsũ facta
sunt: et sine ipso factum est nichil.
Quod factum est: in ipso vita erat.

Et vita erat lux hominū. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam nō cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit ī testimoniū: vt testimoniū perhiberet de lumine: vt oēs crederent per illū. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat oēm hoīem venientē in hunc mundū. In mundo erat: et mūdus per ipsum factus est: et mundus eū nō cognouit. In ppria venit: et sui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperunt eū dedit eis potestatē filios dei fieri: his qui credūt ī noīe ei⁹. Qui nō ex sanguinibus neqꝫ ex volūtate carnis neqꝫ ex volūtate viri: sed ex deo nati sūt. Et verbū caro factū est: et habitauit ī nobis. Et vidim⁹ gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a pře: plenū gře: et vitatis. Credo. Dicat p oct. siue dicat de nat. siue de fest. aliquo ix. lec. Offer. Tui sunt celi ꝛ tua est terra: orbē terraꝝ ꝛ plenitudinē ei⁹ tu fūdasti: iusticia et iudiciū pparatio sedis tue.

Secreta. Oblata dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate sctifica: nosqꝫ a peccatoꝝ nřoꝝ maculis emūda. Per eundē dñm. Prefatio. Qr per incarnati. Cōmunicātes. Cōio. Viderunt omnes fines terre salutare dei nři. Postcōmunio.

Presta q̄s oīpotēs de⁹: vt natus hodie saluator mūdi: sicut diuine nobis generatiōis est auctor: ita ꝛ imortalitatis sit ipse largitor. Qui tecū. ¶ Finita missa dicit āñ et or de sctā maria ad placitū et postea euā gc. scdm lucam Missus est. loco euāgelii In principio. Nō dictū est ad missam. ¶ In die sācti stephani missa capitularis de natiuita. dr eodē ordine vt in vigil. natalis dñi cum in dñica euenerit. Officium Puer natus. ps. Cantate. ii. Gloria patri. Puer natus. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Sanct⁹. Agnus. vt in cōme. sancti Will. or. Concede quesum⁹. Epistola. Multipharie. Grad. Viderunt. Alleluya. ℣ Dies sanctificatus. Nulla dr sequētia. Euāgeliū In principio. et dicat. Credo. ꝛc. omīa sicut in die ad magnam missā. Finita missa dicitur āñ. et oratio de sancta Maria. cum euāge. Missus est. Hec missa dicat quotidie vsqꝫ ad circūcisio. dñi: preterq̄ i. vi. feria. a nat. dñi: vbi dicit totum seruitiū de nati. cum memo. cōgruētibus vt infra notatur. ꝛc.

¶ In die sancti stephani. Officiū.

Etenim sederunt pricipes et aduersū me loqbant/ ꝛ iniq psecuti sūt me: adiuua me dñe de⁹ meus/ qr seruus tuus exercebatur ī tuis iustificatiōib⁹. ps. Bti imaculati in via: qui ābulant in lege dñi. Oratio.

Da nobis q̄s dñe imitari qđ colimus: vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: qui nouit etiā pro persecutoribus exorare dñm nostrū iesum xpm filiū tuū. Qui tecū. Vbi nō fuerit missa capitularis dicta: dicetur meō. de natiuitate cū oratiōe. Concede quesumus. et sic per octa.

¶ Lectio actuū apostolorum. vi.

In diebus illis. Stephanus plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna ī populo. Surrexerūt autē quidam de synagoga que appellabatur libertinorum et cirenensium et alexādrinorum: et eoꝝ qui erant a cilicia/ et asia: disputantes cum stephano. Et non poterāt resistere sapientie: ꝛ spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec dissecabātur cordib⁹ suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autē esset stephan⁹ plen⁹ spū

sācto: itendēs in celū vidit gloriam dei et iesū stātem a dextris virtutis dei: et ait. Ecce video celos apertos et filiū hois stātem a dextris virtutis dei. Exclamātes autē voce magna cōtinuerūt aures suas: et impetū fecerūt vnanimiter i eū. Et eiiciētes eum extra ciuitatem lapidabāt. Et testes deposuerūt vestimēta sua sec⁹ pedes adolescētis q̄ vocabatur saul⁹. Et lapidabāt stephanū iuocantē et dicētē. Dn̄e iesu suscipe spiritū meū. Positis aūt genibus: clamauit voce magna dicēs. Dn̄e: ne statuas illis hoc pctm̄. Et cū hoc dixisset: obdormiuit i dn̄o. Grad. Sederunt principes et aduersū me loquebātur et iniqui persecuti sūt me. ℣. Adiuua me dn̄e de⁹ me⁹: saluū me fac ppt̄ miam tuā. Allā. ℣. Uideo celos aptos et iesum stātē a dextris virtutis dei. Sequētia.

M Agnus de⁹ in vniuersa terra. Magna sūt eius vbiq̄ ola l celo atq̄ i terra opera. Qui est rex regū/ dn̄s oim̄: a patre genitus ante secula. Cui⁹ caritas vera celo subleuat stephanum de terra. Atq̄ perenni vita ornat cādida digniter corona. Plen⁹ eteni stephan⁹ deitate atq̄ gr̄a magna dabat veritate prodigia: docēs verissima dogmata. Cū aūt p̄dicaret iā presētia. Nostre redēptiōis noua gaudia. Intēto i superna celi patet ianua. Dixitq̄ circunstāti plebi voce publica sacra plen⁹ gr̄a. Ecce dei video admirabilē gloriā: claritate fulgida. Atq̄ iesū stantē i virtutis dei dextera. Et cū hoc audisset ipia gens iudaica. Dans fremitū cōcita quassat lapidib⁹ stephani membra. Sed stat fortiter patiēs martyr et orat ne eis xp̄e noxā statuas sed iā accipe spm̄ meū. Et cū hoc dixisset i dn̄o obdormiuit pace eterna. Tu nobis martyr o stephane sempiterna impetra gaudia. Secundum matheum.

I N illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos ois sanguis iustus qui effus⁹ est super terram. A sanguine abel iusti: vsq̄ ad sanguinem zacharie filii barachie quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis veniēt hec oia sup generationē istā. Hierusalē hierusalē q̄ occidis pphetas et lapidas eos q̄ ad te missi sūt: quotiēs volui cōgregare filios tuos: quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas et noluisti? Ecce relinquetur vobis dom⁹ vr̄a deserta. Dico eni vobis: nō me videbit amodo: donec dicat. Bn̄dictus q̄ venit: i noie dn̄i. Credo. Offr. In virtute tua dn̄e letabit iust⁹ et sup salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aie ei⁹ tribuisti ei. Secreta.

S Uscipe dn̄e munera pro cōmemoratione prothomartyris tui stephani: vt sicut illū passio effecit gloriosū: sic nos deuotio reddat innocuos. Per dn̄m. Prefatio Quia per incarnati. Cōmunicātes. Cōio. Uideo celos apertos / et iesū stantē a dextris virtutis dei: dn̄e iesu accipe spm̄ meū: et ne statuas illis hoc pctm̄: q2 nesciunt q̄ faciunt. Postcōio.

A Uxilietur nobis dn̄e sūpta mysteria: et itercedēte beato stephano pthomartyre tuo: sempiterna protectione confirment. Per.

Sctī iohānis apl̄i et euā. Offm̄.



N medio ecclesie aperuit os ei⁹; et impleuit eū dn̄s spiritu sapientie et itellect⁹: stola glorie in-

duit eum. ps. Jocunditatem et exultatio nem: thesaurizabit super eum. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra: vt beati iohannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. per dominum. Lectio lib. sapientie. puer. v.

Qui timet deum: faciet bona. Et qui continens est iustitie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. In medio ecclesie aperiet os eius: et implebit eum dominus spiritu sapientie et intellectus: et stola glorie induet eum. Jocunditatem et exultationem: thesaurizabit super eum. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noster. Grad. Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur. V. Sed sic eum volo manere donec veniam/tu me sequere. Alleluya. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: et scimus quia verum est testimonium eius. Sequentia.

Johannes iesu christo multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalem in naui parentem liquisti. Tu leue coniugis pectus respuisti messiam secutus. Ut eius pectoris sacra meruisses fluenta potare. Tuque in terra positus gloriam conspexisti filii dei. Que solum sanctis in vita creditur contuenda esse perenni. Te christus in cruce triumphans matri sue dedit custodem. Ut virgo virginem seruares atque curam suppeditares. Tu te carcere flagrisque fractus testimonio pro christi es gauisus. Idem mortuos suscitas inque iesu nomine venenum forte vincis. Tibi summus tacitum ceteris verbum suum pater reuelat. Tu nos omnes precibus sedulis apud deum semper commenda Johannes christi care. Secundum iohannem. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus: vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem: qui et recubuit in cena super pectus eius: et dixit. Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus: dixit iesu. Domine: hic autem quid? Dixit ei iesus. Sic eum volo manere: donec veniam quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres: quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei iesus quia non moritur: sed sic eum volo manere: donec veniam: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus quia verum est: testimonium eius. Credo. Offertorium. Justus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Suscipe domine quesumus munera que in eius solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum. Prefa. Quia per incar. Communicantes Communio. Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur et non dixit iesus non moritur sed sic eum volo manere donec veniam. Postcommunio.

Refecti cibo potuque celesti deus noster te supplices deprecamur vt in cuius hec commemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per.

In festo sanctorum innocentium. Offitium.



Ex ore infantium deus et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ps. Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Si sit dominica. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis viciorum mala mortifica: vt fidem tuam quam lin-

gua nr̃a loquitur: etiã morib⁹ vita fateatur. Per. ¶ Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli. xiiii.

In dieb⁹ illis. Uidi supra mõtẽ syõ agnũ stãtẽ: ⁊ cũ eo centũquadragintaquatuor milia habentes nomen eius et nomẽ patris ei⁹ scriptũ in frontib⁹ suis. Et audiui vocẽ de celo tãq̃ vocẽ aquarum multarum: ⁊ tanq̃ vocem tonitrui magni. Et vocẽ quã audiui: sicut cytharedorũ cytharizantiũ in citharis suis. Et cantabant quasi cãticũ nouum ante sedẽ dei: et ante quatuor aĩalia ⁊ seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadragintaquatuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sũt. Hi sequũtur agnũ: quocunq̃ ierit. Hi empti sunt ex oĩbus primitie deo ⁊ agno: ⁊ ĩ ore eorũ non est inuentum mendaciũ. Sine macula sunt: ante thronũ dei. Gra. Anima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. V. Laqueus cõtritus est et nos liberati sum⁹: adiutoriũ nostrũ ĩ nomine dñi: qui fecit celũ et terrã. Laus tibi xp̃e. V̸ s⁹. Te martyrum candidatus laudat exercitus dñe. Si sit dñica. Alleluya. V̸. Te martyrũ. ¶ Sequentia.

Celsa pueri cõcrepent melodia. Eya innocentũ colẽtes tripudia. Quos isãs xp̃s hodie vexit ad astra. Quos trucidauit frendens isania. Herodiane fraudis ob nulla crimina In bethleem ipsius cuncta ⁊ per cõfinia. A bimatu ⁊ infra iurta nascendi tẽpora. Herodes rex xp̃i nati verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regẽ cum mente turbida. Ut extinguat qui vitã prestat per sua iacula. Dũ non valet intueri lucem splendidã nebulosa querẽtis pectora. Ira feruet fraudes auget herodes seu⁹ vt perdat pior agmina. Castra militũ dux iniquus aggregat Ferrũ figit in membra tenera. Inter vbera lac effudit: anteq̃ sanguinis fierent coagula. Hostis nature natos euiscerat atq̃ iugulat Ante psternit q̃ etas paruula sumat robora. Quã beata sunt innocẽtũ ab herode cesa corpuscula. Quã felices exiſtũt matres q̃ fuderũt talia pignora. O dulces inocẽtũ acies: o pia lactãtiũ pro xp̃o certamina. Paruulorum trucidãtur milia: mẽbris ex teneris manãt lactis flumina. Ciues angelici veniũt in obuiã. Mira victoria vite captat premia turba candidissima. Te xp̃e petimus mẽte deuotissima. Nr̃a qui venisti reformare secula innocẽtũ gloria pfrui nos concedas p eterna. Scd̃m matheũ. ii.

In illo tp̃e. Angel⁹ dñi apparuit ĩ somnis ioseph dicens. Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrẽ ei⁹: ⁊ fuge ĩ egyptũ ⁊ esto ibi vsq̃ dũ dicã tibi. Futurũ est eñi: vt herodes q̃rat puerũ ad perdendũ eũ. Qui cõsurgẽs/ accepit puerũ ⁊ matrẽ eius nocte ⁊ secessit ĩ egyptũ: ⁊ erat ibi vsq̃ ad obitũ herodis: vt adimpleret qđ dictũ est a dño: p prophetã dicentẽ. Ex egypto vocaui filiũ meum. Tunc herodes videns qm̃ illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittẽs occidit oẽs pueros q̃ erãt in bethleẽ: ⁊ in oĩbus finibus ei⁹ a bimatu et infra: secundũ tempus qđ exquisierat a magis. Tũc adimpletũ est quod dictũ est per hieremiam prophetam dicentem. Uox ĩ rama audita est plorat⁹ et vlulatus multus rachel plorans filios suos. Et noluit consolari: q̃r non sunt. Credo. Offerto. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ: laque⁹ cõtritus est: ⁊ nos liberati sum⁹. Secreta.

Sanctorum tuorum innocen-tium nobis dñe pia non de-sit oratio: que et munera nostra ti-bi cōsiliet & tuā nobis īdulgētiā sē-per obtineat. Per dñm. Prefatio. Quia per incarna. Cōmunicātes. Cōio. Vox i rama audita est ploratus et vlulatus rachel plorās filios suos: noluit consolari quia non sunt. Postcōio.

Votiua dñe dona pcepimus que sanctorum tuorum no-bis precibus et presentis vite quesu-mus pariter et eterne tribue confer-re subsidium. Per dñm. ¶ In nata-li sancti thome martyris. Officiū. Letabitur iustus in dño. Oratio.

Deus pro cuius ecclesia glo-riosus martyr & pontifex tho-mas gladiis impiorum occubuit: pre-sta qs: vt oēs qui eius implorāt auxi-liū: petitionis sue salutarē cōsequā-tur effectum. Per dñm. Epla. Iu-stus si morte. Grad. Posuisti. Alla. ℣. Gloria et honore coro. ¶ Sequētia

Spe mercedis et corone stetit thomas in agone ad mortē obediens. Morte christi imitatus fide firmus sed firmatus firmo gres-su gradiēs. Furit furor militaris: vt vir sacra sacris aris īmolet ho-stia. Quē occidūt et sciētes introdu-cūt nesciētes ad eterna gaudia. Xpi fortis hic athleta: q subire mēte leta mortē nō abhorruit. Ut sit salus in-firmorum & medela lāguidorum: gra-tiā promeruit. Ceci surdi claudi mu-ti sunt ad vsū restituti diuina clemē-tia. Non est morbus quē nō curet: dū morbosū non obduret tāta dif-fidētia. Hostes christi xpo cedunt: si-gna signis dū succedūt argumēta fidei. Ergo martyr inuocet vt per eū nobis detur: ad superna prouehi. Euāgeliū. Ego sū pastor bonus. Quere i dñica. ii. post pascha. ¶ Cre-do. Offert. Gloria et hono. Secreta.

Muneribus nostris qs dñe precibusqz susceptis: et celestibus nos mūda mysteriis: & in-tercedente btō thoma martyre tuo atqz pōtifice clemēter exaudi. Per. Prefatio. Q2 p incarnati. Cōicātes. Cōio. Magna est glia. Postcōio.

Da nobis qs dñe deus nr: vt sicut beati thome martyris tui atqz pontificis cōmemorationē tpali gratulamur officio: ita perpe-tuo letemur aspectu. Per d. ¶ Ser-ta die a nat: dñi nisi capitularis nō dicat. Do. īfra oc. natiuita. Offm.

Dum mediū silētiū tene-rent omnia & nox i suo cursu mediū iter habe-ret oīpotēs sermo tuus dñe de celis a regalibus sedibus ve-nit. ps. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinē et precinxit se vir-tute. repetatur offi. ante Gloria patri. et gradale post versum. Oratio.

Deus qui salutis eterne bea-te marie virginitate fecūda humano generi pmia prestitisti: tri-bue qs: vt ipsam pro nobis interce-dere sentiamus: per quam merui-mus auctorem vite suscipere dñm nostrū iesū xpm filium tuū. Qui te-cum viuit. ¶ Ad galathas. iiii.

Fratres. Quāto tpe heres paruulus est: nichil differt a seruo: cū sit dñs olm. Sed sub tuto-ribus & auctoribus est: vsqz ad pfinitū tēpus a patre. Ita et nos cū essemus paruuli: sub elemētis mūdi eramus seruiētes. At vbi venit plenitudo tē-poris: misit deus filiū suū factum ex muliere factū sub lege: vt eos q sub lege erant redimeret: vt adoptionē filiorum reciperemus. Qm aūt estis fi-lii dei: misit deus spm filii sui i corda vra clamātē abba pr. Itaqz: iā nō est seruus sed filius. Quod si filius: et heres per deum. Grada. Specio-

sus forma pre filiis hoim diffusa est gratia in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluya. ℣. Dñs regnauit decorẽ induit: induit dñs fortitudinem et precinxit se virtutem. ¶ Sequentia.

Celeste organum hodie sonuit i terra. Ad partum virginis superũ cecinit caterua. Quid facis humana turba cur non gaudes cum supera. Vigilat pastorum cura vox auditur angelica. Cantabant inclita carmina plena pace et gloria. Ad christũ referunt propria nobis canunt ex gratia. Nec cũctorũ sunt hec dona sꝫ mens quorum erit bona. Non sunt absolute data: differẽter sũt prolata. Affectus deserat vicia: ꝛ sic nobꝫ pax est illa qꝫ bonis est promissa. Junguntur superis terrea ob hoc qđ laus est iuncta: sed decẽter fit diuisa. Gaude homo cũ perpendis talia. Gaude caro facta verbi socia. Nunciant eius ortũ sydera: lucis ꝑ indicia. Ineunt duces gregũ limina vsqꝫ bethleẽ preuia. Inuenitur rex celoꝝ iter aialia. Arto iacet i presepe rex q̃ cinxit oĩa. Stella maris quem tu paris: colet hec ecclesia. Ipsi nostra ꝑ te pia placeant seruitia. Resonẽt cũcta redempta. ¶ In die sãcti siluestri. Sequẽtia. Organicis. vt in cõi. In circũcisiõe dñi sequẽtia. Letabundus. vt in nat. dñi. In oct. sctõꝝ stephi. iohis et innocẽ. si i do. cõtigerint dicat sequẽtia vt s̃ i eoꝝ fest. In vigil. epy. si in dñica euene. sequẽtia. Letabũdus. vt s̃. In die epy. dñica ĩfra/et i oct. tota percãtetur sequẽtia. Epyphaniã. ceteris vo dieb9 infra octa. qñ de ipsis fit seruitiũ. per tres dies particulariẽ. diuisa. videlicet. i. die. Epyphaniã. vsqꝫ Balaã. secundo die. Balaã. vsqꝫ. Magi. tercio die. Magi. vsqꝫ finẽ. et sic aliis diebus ĩfra octa. ¶ Secundum lucam. ii.

In illo tempore. Erat ioseph ꝛ maria mater iesu mirãtes: super his que dicebantur de illo. Et benedixit symeon: et dixit ad mariã matrem eius. Ecce positus est hic i ruinam et in resurrectionem multorum in israel: ꝛ in signum cui cõtradicetur. Et tuam ipsius animã pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordib9 cogitationes. Et erat anna ꝓphetissa filia phanuel: de tribu aser: hec processerat in diebus multis ꝛ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua erat vsqꝫ ad annos octoginta quattuor: que non discedebat de templo: ieiuniis et orationibus seruiens deo: nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniẽs cõfitebatur domino: ꝛ loquebatur de illo omnib9 qui expectabant redemptionẽ israel Et vt perfecerunt omnia secũdum legem domini: reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur: plenus sapientia. Et gratia dei: erat i illo. Credo. Offertoriũ. Deus enim firmauit orbem terre qui nõ commouebitur: parata sedes tua de9 ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Muneribus nostris q̃sumus dñe precibusqꝫ susceptis ꝛ celestibus nos munda misteriis ꝛ intercedẽte beata dei genitrice maria clementer exaudi. Per eundẽ dñm. Cõio. Tolle puerum et matrem eius et vade i terram iude defuncti sunt eni qui querebant animam pueri. Postcõio.

Hec nos communio dñe purget a crimine ꝛ: intercedente beata dei genitrice maria celestis remedii faciat esse consortes. Per eũ. ¶ In circumcisione dñi. Officium. Puer natus vt i die natiuita. Oro.

DEus qui nobis nati saluatoris diem celebrare cõcedis octauũ: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate muniri cui⁹ sum⁹ carnali commercio reparati. Qui tecũ viuit & reg. Nulla mẽo. Epl'a. Apparuit gratia. Grada Viderunt. Allã. v⁹. Dies sanctificatus. vt supra. Sequentia Letabundus. quere in natali dñi. ¶ Secundum lucã .ii.

IN illo tempore. Postq̃ consumati sunt dies octo vt circumcideret puer: vocatũ est nomen eius iesus. Quod vocatũ est ab angelo: priusq̃ in vtero conciperetur. Credo. Offr. Tui sunt celi. Secre.

PResta quesumus dñe vt per hec munera que dñi nostri iesu xp̃i archane diuinitatis misterio gerimus: purificate mentis intelligẽtiã cõsequamur. Per eundẽ. Prefatio. Qr per icarnati. Cõmunicãtes. Cõio Viderũt oẽs. Postcõ.

PResta quesumus omps deus: vt qd saluatoris nostri iterata solennitate percepim⁹ perpetue nobis saluationis conferat medicinam. Per eundẽ. ¶ In oct. scti stephani. Ad missã. Offi. Etenim sederũt. Oratio. Da nobis q̃sumus. Epl'a. Grad. et cetera. vt s. Grada. non repetatur. Offer. Elegerũt apostoli stephanum leuitam plenũ fide & spiritu sancto quẽ lapidauerũt iudei orantẽ et dicẽtem: dñe iesu accipe spiritũ meum Alleluya. ¶ In his oct. sãcti stephani & sctõr inocẽtiũ. non dicit' p̃fatio nisi cõmunis. etiam si dñica fuerit. Cõio. Uidi celos. Si dñica sit. Gra: post v̄sũ repetat'. Notandũ q̃ i his tribus oct. ad missã. Officiũ ante Gloria pri. non repetatur nec grad. post versum nec dr sequentia nec Credo. nisi in dominica eedẽ oct. euenerint. ¶ In oc. sãcti iohannis apostoli. Officiũ. In medio. Orõ. epl'a. Grad. et cë. vt s̃ i die eo iũ mõ quo supra in oct. s. stephi. p̃ter prefatio. que erit. Et te dñe supplicit' exo. ¶ In oct. inocentiũ. Offm. Ex ore infantium. Epl'a Uidi supra. Gradale. Anima nostra. Alleluya. v⁹. Te martyrum. i fine misse. Ite missa est. & cetera sicut i die. ¶ In vigilia epyphanie dñi. Offm. Lux fulge. Si sit dñica. Gloria in excelsis. Oratio

COrda nostra quesum⁹ dñe venture festiuitatis splẽdor illustret: quo mũdi huius tenebris carere valeamus: & perueniam⁹ ad patriam claritatis eterne. Per dñz. Nulla fiet mẽo. Epl'a Apparuit benignitas. Grada. Benedictus qui ve. Alleluya. v⁹. Dñs regnauit. si sit dñica. sequẽtia Letabundus. vt supra

¶ Secundum matheum .ii.

IN illo tpe. Defũcto herode: ecce angelus dñi apparuit in sõnis ioseph i egypto dicens. Surge & accipe puerũ & matrẽ eius: & vade i terrã israel. Defuncti sũt enim: qui querebãt aiam pueri. Qui consurgẽs accepit puerũ et matrẽ ei⁹ et venit i terrã israel. Audiens aũt qd archelaus regnaret i iudea p̃ herode p̃re suo: timuit illo ire. Et ãmonit⁹ i sõnis: secessit i partes galilee. Et veniens habitauit i ciuitate que vocatur nazareth vt adimpleret' qd dictũ est per prophetas: quoniã nazare⁹ vocabit'. Si sit dñica. Credo. Offerto. Deus enim fir. Secreta.

TRibue q̃s dñe vt eũ p̃sẽtib⁹ immolem⁹ sacrificiis & sumam⁹ quẽ venture solẽnitatis pia munera preloquũtur dñm nr̃m iesum xp̃m filiũ tuũ. Prefatio cõis: s3 si sit dñica. Prefatio. Quia per incarnati. Cõmunio. Tolle pue. Postcõ.

ILlumina q̃s dñe populũ tuum: et splẽdore gratie tue cor ei⁹ semp accẽde: vt saluatoris mũdi

stella famulāte manifestata natiuitas mētibus eorū semp reueletur & crescat. Per eū. ¶ In die epy. Offi.



Ecce aduenit dñator dominus et regnū i manu ei9 & potestas & iperiū. ps. Deus iudiciū tuū regi da: & iusticiam tuā filio regis. Oro.

Deus qui hodierna die vnigenitū tuū gētib9 stella duce reuelasti: cōcede propicius vt qui iam te ex fide cognouimus: vsq ad contemplandam speciē tue celsitudinis perducamur. Per eūdē xpm.

¶ Lectio ysaie prophete. lxvii.

Surge illuminare hierusalē qr venit lumen tuū: & gloria dñi super te orta est. Qr ecce tenebre operient terrā: & caligo pplos. Super te aūt orietur dñs: & gloria eius in te videbitur. Et ambulabūt gētes i lumine tuo: & reges in splēdore ortus tui. Leua i circuitu oculos tuos & vide: oēs isti cōgregati sūt venerūt tibi. Filii tui delōge veniēt: & filie tue de latere surgēt. Tūc videbis et afflues & mirabit et dilatabitur cor tuū: qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētiū venerit tibi. Inūdatio camelorum operiet te: dromedarii madiā et effa. Omnes de saba veniēt: aurū et th9 deferētes & laudē dño ānūciantes. Grad. Oēs de saba veniēt aurū et th9 deferētes et laudē dño ānūciātes. ℣. Surge et illuminare hierusalem: quia gloria dñi super te orta est. Alleluya. ℣. Vidim9 stellā ei9 i oriēte: & venimus cū munerib9 adorare dñm. Sequentia.

Epiphaniam dño canamus gloriosā. Qua prolē dei verā magi adorant. Immensā caldei cui9 perseq venerantur potentiā. Quē cūcti prophete cecinēre venturū gētes ad saluandas. Cuius maiestas ita est inclinata: vt assumeret serui formā. Ante secula qui deus & tempora hō fact9 est i maria. ii. die. Balaam de quo vaticinans exibit ex iacob rutilās iquit stella. Et confringet ducū agmina regiōis moab maxia potentia. Huic magi munera deferunt preclara: aurū simul thus & mirrā. Thure deū predicāt: auro regē magnū hominē mortalē mirra. In somnis hos monet angelus ne redeant ad regē cōmotū propter regna. Pauebat enī nimium regē natum verēs amittere regni iura. iii. die. Magi sibi stella micāte pūia. Pergunt alacres itinera patriā q̄ eos ducebāt ad ppriā linquētes herodis mādata. Qui pculsus corde nimia pre ira. Extimplo mandat infantiū agmina inquiri bethleē p ɔfinia: et mox priuari eos vita. Ois nūc caterua tinnulū iungat laudibus organi neuma. Mistice offerēs regi regū xpo munera preciosa. Poscens vt per orbem regna oia protegat i secula sempiterna. ¶ In depositione scti edwardi regis & ɔfessoris. Sequētia. Organicis. In trāslatiōe sancti willermi ebor. Sequentia. Plaudat chor9. require. ii. die ifra octa. in alio festo. Dñica pria post octa. epy. Sequentia. Celeste organum. vt supra. sexto die a natiuitate dñi. Dñica. ii. iii. et. iiii. Sequentia. Letabundus vt supra i die nat. dñi. In dñicis vero post purificatio. vsq ad. lxx. & dñica quinta post octauas epy. dr Sequentia. Voce iubilantes magna. Regi. require i dñicis p estatem. A dñica. lxx. vsq ad pascha. nulla dr sequētia siue fiat serui. de tpali. siue de festis sctōr. ¶ Scdm matheū. ii.

Cum natus esset iesus i bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerūt hierosolimam dicētes. Vbi est qui

natus est rex iudeorum? Uidimus enim stellam eius in oriente: et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis hierosolima cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligenter: de puero. Et cum inueneritis renunciate michi: vt et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos: vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidentes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum: inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et procidentes: adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis: obtulerunt ei munera. Aurum: thus: et mirram. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliam viam: reuersi sunt in regionem suam. Credo. Offerto.

Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et sabba dona aducent et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine dona propicius intuere: quibus iam non aurum thus et mirra profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur immolatur et sumitur iesus christus dominus noster. Qui tecum viuit. Prefatio. Quia cum vnige. Quotidie dicitur per oct. et Communicantes. Similiter etiam si de sanctis dicitur siue de commemorationibus. Com. Uidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcomio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt quod solenni celebramus officio: purificate mentis intelligentia consequamur. Per dominum.

Sancti edwardi regis et confessoris. Offm. Os iusti medi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui beatissimum regem edwardum confessorem tuum eternitatis gloria et honore coronasti: fac nos quesumus ita eum venerari in terris: vt cum eo regnare possimus in celis. Per dominum. Memo. de epy. et de do. Epla. Dilectus a deo. Grad. Domine preuenisti. Alla. Ve. Inueni dauid. Sequentia. Organicis. vt in com. Euang. Nemo accendit lucernam. Offer. Desiderium anime. Secr.

Sacrificii presentis oblatione quesumus domine beati regis edwardi confessoris tui pia commendet intercessio: vt in cuius veneratione suscipitur: ipso interueniente: ad gaudia eterna suscipi mereamur. Per do. Com. Fidelis ser. Postcomo.

Dignus perpetue salutis sumentes clementiam tuam omnipotens deus imploramus: vt beato rege edwardo confessore tuo interueniente: celestis vite premia consequi mereamur. Per do. Do. infra oct. epy. Offm. Ecce aduenit. et c. vt in die preter epistolam et euangelium que sequitur. Ad romanos. iii.

Fratres. Scimus quoniam quecunque lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo. Quia ex operibus legis: non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim: agnitio est peccati. Nunc enim sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Iusticia autem dei per fidem iesu christi: in om

nes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio iudei et greci. Omnes eni peccauerunt: ꝛ egent gratia dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius: per redemptionem que est in christo iesu. Quem proposuit deꝰ propiciationem per fidem in sanguine ipsius: ad ostensionem iusticie sue. Propter remissionem precedentium delictorum: in sustentationem fidei: ad ostẽsionem iusticie eius in hoc tẽpore. Ut sit ipse iustus: ꝛ iustificans eum qui est ex fide: iesu christi dñi nostri.

¶ Secundum matheum. iii.

In illo tempore. Uenit iesus a galilea in iordanem ad iohannem: vt baptisaretur ab eo. Iohannes autem: prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptisari: et tu venis ad me. Respondẽs autẽ iesꝰ: dixit ei. Sine: modo. Sic enim decet nos iplere omnẽ iusticiã. Tunc dimisit eũ. Baptisatus autẽ iesus: confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi ꝛ vidit spm̃ dei descendentẽ sicut columbam: ꝛ manẽtẽ super se. Et ecce vox de celo dicẽs Hic est filius meus dilectus: in quo michi cõplacui. Credo. ꝛ cetera sicut i die. Infra oct. ad missã. Officium. Ecce aduenit. ps. Deus iudicium. Glia patri. Ecce aduenit. Orõ. Deus qui hodierna die. Epistola. Surge illuminare. Grada. Oẽs de saba. ꝟꝰ. Surge. Gradale post versũ nõ repetat. Alleluya. ꝟ. Uidimus. et cetera. sicut i die. ¶ In translatione sãcti willi. archiepiscopi eboracẽsis. Officium. Statuit ei. Oratio.

Omñps et misericors deus qui gloriosi confessoris tui atqꝫ pontificis willi: corpus in ymo reconditũ dignũ sublimatione monstrasti: concede nobis eius translationẽ celebrãtibꝰ: ab hac valle miserie ad celestia regna trãsferri. Per. Memo. de epy. et de do. Epla. Dedit dñs ꝫ. Grad. Ecce sacerdos. All. ꝟ. Inueni dauid. Sequentia. Plaudat chorꝰ. vt in alio festo. ii. die ifra. oct. eiusd. Euangel. Nolite timere pusillus grex. vsqꝫ ad. cor nostrum erit. Offerto. Ueritas mea. Secreta.

Munera dñe maiestati tue oblata i translatione scti willi benignꝰ assume: ꝛ ad aiarũ nostrarũ salutẽ proficere facias sempiternam. Per. Prefatio. et Communicãtes. sicut i die epy. si ifra oct. eius euene. Cõio. Beatus ser. Postcõio.

Quesumus dñe deus noster vt hec sacramenta que sumpsimꝰ beati willi cõfessoris tui atqꝫ põtificis itercessione nos adiuuent: que i eiusdẽ trãslatione tue obtulimus maiestati. Per d. In oct. epy. Offiñ. Ecce aduenit dñator. Or.

Deus cuiꝰ vnigenitus i substantia nostre carnis apparuit: presta quesumus: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecũ. Memoria de dñica et de confessoribus: hillario ꝛ remigio.

¶ Lectio ysaie prophẽ. xxv. ꝛ. xxix.

Domine deus meus honorificabo te: laudẽ tribuã nomini tuo: qui facis mirabiles res. Consilium tuum antiquũ: verum fiat. Dñe excelsũ est brachiũ tuum: deus sabaoth corona spei q̃ ornata est glia. Exultet desertũ: ꝛ exultent solitudines iordanis. Et ppls meꝰ videbit altitudinem dñi et maiestatem dei. Et erit cõ gregatus ꝛ redemptus per deũ: et veniet in syon cum leticia: et leticia sempiterna super caput eiꝰ: laus et exultatio. Et aperiã in montibꝰ flumina: in mediis cãpis fontes dirũpã: ꝛ terrã sitientẽ sine aqua confundã. Ecce puer meꝰ

exaltabitur et eleuabitur: et subli-
mis erit valde. Haurietis aquas in
gaudio de fontibus saluatoris: et di
cetis in illa die: confitemini dño/et
inuocate nomen eius. Notas faci-
te in populis adinuentiones eius: cã
tate dño qr mirabilia fecit. Annun-
ciate hoc: in vniuersa terra. Grad.
Omnes de saba. Alleluia. ℣. Uidimus.
Sequẽtia. Epiphaniã. vt supra. to
ta dicat. ¶ Scdm iohannem. prio

In illo tempore. Uidit iohan
nes iesum venientem ad se: et
ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit
peccata mundi. Hic est de quo dixi.
Post me venit vir/qui ante me fa-
ctus est: quia prior me erat. Et ego
nesciebam eum: sed vt manifestare
tur in israel: propterea veni ego in
aqua baptisãs. Et testimoniũ per-
hibuit iohãnes dicẽs: quia vidi spi
ritum descẽdentẽ sicut colũbam de
celo: et mãsit super eum. Et ego ne-
sciebam eũ: sed qui misit me bapti-
sare in aqua ille michi dixit. Super
quẽ videris spiritum descendẽtem
et manentem super eum: hic est qui
baptisat ĩ spiritu sancto. Et ego vi-
di/et testimoniũ perhibui: quia hic
est filius dei. Credo. Offertoriũ.
Reges tharsis. &c. Secreta.

Hostias tibi dñe pro nati fi-
lii tui apparitione deferim⁹
suppliciter exorãtes: vt sicut ipse no
strorum auctor est munerũ: ita ipse
sit misericors et susceptor dñs nr̃ ie
sus xp̃s. Qui tecũ. Prefatio. Qr cũ
vnigeni. Communicantes. Cõio.
Uidimus stellam. Postcommunio.

Celesti lumine quesum⁹ do-
mine semp hic et vbiqz nos
preuení: vt mysteriũ cui⁹ nos par-
ticipes esse voluisti et puro cerna-
mus intuitu: et digno percipiamus
effectu. Per dñm nostrũ iesũ xp̃m.
¶ Dñica prima p⁹ oct. epy. Offm.



In excelso throno vidi
sedere virũ quem ado-
rat multitudo ãgelorũ
psallẽtes ĩ vnũ: ecce cu-
ius imperiĩ nomẽ est ĩeternũ. ℣. Jubi-
late deo oĩs t̃ra seruite dño ĩ leticia. Or.

Uota q̃s dñe supplicãtis po
puli celesti pietate prosequere:
vt et q̃ agẽda sunt videant: et adim
plenda que viderint conualescant.
Per dñm. ¶ Ad romanos. xii.

Fratres: Obsecro vos per
miam dei: vt exhibeatis cor-
pora vr̃a deo hostiã viuẽtẽ sanctã
deo placentẽ: rationabile obsequiũ
vestrũ. Et nolite cõformari huic se-
culo: sz reformamini ĩ nouitate sen-
sus vr̃i: vt pbetis q̃ sit volũtas dei
bona: et bñplacẽs et pfecta. Dico eni
p gratiã q̃ data est michi oĩb⁹ q̃ sũt
iter nos: non plus sape q̃ȝ oportet
sapere. Sed sapere ad sobrietatem.
Et vnicuiqz: sicut deus diuisit mẽ-
surã fidei. Sicut enim ĩ vno corpo-
re multa membra habem⁹: omnia
autem mẽbra non eumdem actum
habẽt: ita multi vnũ corpus sum⁹
in christo. Singuli autem alter al-
terius membra. In christo iesu: do-
mino nostro. Gradale. Benedictus
dñs deus israel: qui facis mirabilia ma-
gna solus a seculo. ℣. Suscipiant mon-
tes pacem populo tuo et colles iusticiã.
Alleluya. ℣. Jubilate deo oĩs terra: ser-
uite dño in leticia. Sequẽtia. Celeste
organũ. et Seqñtia. Letabundus.
dicitur alternatĩ in dñicis vsqz ad
purificationẽ &c. vt ĩ missa ĩ gallicã
tu et aurora. ¶ Scdm lucam. lcõo

Cum factus esset ies⁹ annorũ
duodecim: ascendentibus il
lis hierosolimã scdm cõsuetudinẽ
diei festi: cõsũmatisqz dieb⁹ cũ redi-
rẽt: remãsit puer ies⁹ ĩ hierlm: et nõ
cognouerũt parẽtes ei⁹. Existimã
tes aũt illũ esse ĩ comitatu: venerũt

iter diei: et requirebant eum inter cognatos & notos. Et nõ inuenientes: regressi sunt in hierusalem requirẽtes eum. Et factum est post triduũ: inuenerunt illũ in templo sedentem in medio doctorum audientem illos: & interrogantem. Stupebant autem omnes qui eũ audiebant: super prudentia et respõsis eius. Et videntes: admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili qd fecisti nobis sic? Ecce pater tu⁹ & ego: dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est qd me querebatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerunt verbũ: quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis et venit nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat oĩa hec verba: cõferens ĩ corde suo. Et iesus proficiebat sapientia etate et gratia: apud deum & homines. Credo. Offertorium. Jubilate deo oĩs terra iubilate deo omnis terra seruite dño in leticia: intrate ĩ conspectu ei⁹ ĩ exultatiõe q2 dñs ipe est de⁹. Secr.

Oblatum tibi dñe sacrificium viuificet nos semp & muniat Per dñm. Prefatio. Quia per ĩcarnati. Cõio. Fili qd fecisti nobis sic: ego et pr̃ tu⁹ dolẽtes querebam⁹ te: et qd est qd me querebatis nesciebatis q2 in his q̃ patris mei sũt oportet me esse. Postcõ.

Supplices te rogam⁹ omñs deus: vt quos tuis reficis sacramẽtis: tibi etiã placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dñm. Fer. iiii. Ad thimotheũ. ii.

Karissime. Obsecro primum oĩm fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarũ actiones: pro oĩb⁹ hoĩb⁹. Pro regibus & oĩbus q̃ ĩ sublimitate sũt: vt quietã et trãquillã vitã agam⁹ in oĩ pietate & castitate. Hoc est enĩ bonũ & acceptum: corã deo salutatore nr̃o. Qui vult omnes hoĩes saluos fieri: & ad agnitionẽ veritatis venire. Unus enĩ est deus: vnus & mediator dei et hoĩm: homo christus iesus. Qui dedit semetipsũ redemptionẽ pro nobis: testimoniũ temporibus suis: in quo posit⁹ sũ ego predicator & apostolus. Ueritatem dico non mẽtior: doctor gentium: in fide et veritate. Secundum matheum. xxi.

In illo tẽpore. Dixit iesus turbis iudeorum. Homo quidã habebat duos filios: et accedens ad primum: dixit. Fili: vade operare in vineam meã. Ille autẽ respondẽs: ait. Nolo. Postea autem penitẽtia motus abiit. Accedens aũt ad alterũ: dixit similiter. At ille respondẽs ait. Eo dñe Et nõ iuit. Quis ex eis volũtatẽ patris fecit? Dicũt. Prim⁹ Dicit eis iesus. Amẽ dico vobis: q2 publicani & meretrices pcedent vos in regno dei. Uenit ad vos iohannes ĩ via iusticie: & nõ credidistis ei. Publicani aũt & meretrices crediderũt ei. Uos aũt vidẽtes & audiẽtes: nec penitẽtiã habuistis post vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. Feria sexta. Lectio epistole beati petri apostoli secundo. ii.

Karissimi. Non enĩ cõmenticias fabulas secuti notã fecimus dñi nr̃i iesu xp̄i virtutẽ & pñciẽtiã: sed speculatores facti illius magnitudinis Accepit enim a deo patre honorẽ & gloriam voce lapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius me⁹ dilectus ĩ quo michi cõplacui. Et hãc vocẽ nos audiuim⁹ de celo allatã: cũ essem⁹ cũ eo in monte. Et habemus firmiorẽ propheticũ sermonẽ: cui bñfacitis attẽdentes quasi lucerne lucẽti ĩ caliginoso loco: donec dies illucescat: et lucifer oriatur ĩ cordibus nostris. Hoc primũ intelligentes: q2 omnis

prophetia vel scriptura ppria interpretatione nõ fit. Nõ eñi volũtate humana allata est aliquãdo pphetia: sed spiritu sãcto locuti sunt: sancti dei homines. ¶ Scdm lucã.iiii.

In illo tẽpore. Cum audisset iesus quod iohãnes tradit⁹ esset: secessit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit in capharnaum maritima in finibus zabulon et neptalim. Et cepit iesus predicare et dicere. Penitẽtiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. ¶ Dñica secunda post octa. epiphanie. Officium.

Omnis t̃ra adoret te de⁹ ꝛ psallat tibi: psalmũ dicat noĩ tuo altissime. ℣. Jubilate deo oĩs t̃ra psalmũ dicite noĩ ei⁹ date gloriã laudi eius.

Omñs sẽpiterne de⁹ q̃ ⁊ Or. celestia simul et t̃rena moderaris: supplicatiões ppl̃i tui clementer exaudi: et pacẽ tuã nr̃is ꝯcede tẽporibus. Per do. ¶ Ad romañ.xii.

Fratres: Habẽtes donationes: scdm gratiã que data est nobis differẽtes. Siue pphetiã secundũ rationẽ fidei: siue ministeriũ in ministrãdo: siue q̃ docet ĩ doctrina. Qui exhortatur in exhortatione: q̃ tribuit in simplicitate. Qui preest in sollicitudĩe: q̃ miseretur in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono. Caritatem fraternitatis: inuicem diligentes. Honore inuicẽ preuenientes: sollicitudine non pigri. Spiritu feruentes: dñõ seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patiẽtes. Orationi instãtes: necessitatibus sanctoꝝ cõmunicãtes. Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequẽtibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus: flere cũ flẽtibus. Idipsum inuicem sentiẽtes. Nõ alta sapientes: sed humilibus ꝯsentientes. Grad. Misit dñs verbum suũ et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cõfiteantur dño misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filiis hoim. Allã. ℣. Laudate deum oẽs angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. ¶ Secundũ iohannem.ii.

In illo tẽpore: Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autẽ iesus ꝛ discipuli eius: ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mat̃ iesu ad eũ. Vinũ non habent. Et dicit ei iesus. Quid michi et tibi mulier: Nondũ venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcunq; dixerit vobis facite. Erant autẽ ibi lapidee ydrie sex posite: secundũ purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis ies⁹. Implete ydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summũ. Et dicit eis ies⁹. Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerũt. Vt autẽ gustauit architriclinus aquã factũ vinũ et nõ sciebat vnde esset ministri autem sciebant qui hauserãt aquam: vocat spõsum architriclin⁹ et dicit ei. Oĩs homo primũ bonũ vinum ponit: ꝛ cũ inebriati fuerit: tũc id q̃d deteri⁹ est. Tu autẽ seruasti bonũ vinũ vsq; adhuc. Hoc fecit initium signoꝝ iesus in chana galilee: ꝛ manifestauit gloriã suã. Et crediderũt in eũ discipuli eius. Offer. Jubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite noĩ ei⁹ venite ꝛ audite ꝛ narrabo vobis oẽs q̃ timetis deũ: quãta fecit dñs aĩe mee. allã. Secreta.

Oblata dñe munera sanctifica: nosq; a peccatorum nr̃oꝝ maculis emũda. Per do. Prefatio. Qr per incar. Cõio. Dicit dñs implete ydrias aqua: et ferte architriclino. Dũ gustasset architriclin⁹ aquã vinũ fa-

ctuni: dicit sponso: seruasti vinum bonũ vsqꝫ adhuc: hoc signum fecit iesus primũ corã discipulis suis. Postcõmunio.

Augeatur in nobis dñe que sumus tue virtutis operatio: vt dignis vegetati sacramẽtis: ad eorum promissa capienda: tuo munere preparemur. Per dñm.

Feria quarta. Ad collocẽses. iiii.

Fratres. Audistis: dispensationẽ dei q̃ data est michi i vobis: vt impleam verbũ dei. Mysteriũ quod absconditũ fuit a seculis: et generationib⁹. Nũc aũt manifestatũ est sãctis eius quibus dñs voluit notas facere diuitias glorie sacramẽti huius in gẽtibus: qđ est xp̃s in vobis spes gl̃ie: quẽ nos annũciam⁹. Corripiẽtes oẽm hoiem et docentes oẽm hoiem in oi sapientia: vt exhibeamus oẽm hoiem perfectum. In christo iesu: dño nostro.

Secundum matheum. iiii.

In illo tẽpore. Circuibat ies⁹ totã galileam docẽs in synagoga eoꝝ: ꝛ predicans euãgeliũ regni: ꝛ sanans omnẽ languorem et omnẽ infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius i totã syriam. Et obtulerũt ei omnes male habẽtes: variis languoribus et tormẽtis cõprehensos et qui demonia habebãt et lunaticos ꝛ paraliticos et curauit eos. Et secute sunt eum turbe multe.

Feria sexta. Ad thimotheũ. i.

Carissime. Fidelis sermo ꝛ oi acceptione dign⁹ q: xp̃s ies⁹ venit in hũc mundũ peccatores saluos facere: quorũ prim⁹ ego sum. Sed ideo miam consecut⁹ sũ: vt in me primũ ostẽderet xp̃s iesus oẽm patientiã ad informationẽ eorum qui credituri sũt illi i vitam eternã. Regi autẽ seculoꝝ immortali inuisibili soli deo honor et gloria: i secula seculoꝝ amẽ. Secũ[...] iiii.

In illo tempore. Descẽdit iesus in capharnaũ ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat illos sabbatis. Et stupebãt in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et i synagoga erat homo habẽs demoniũ immundum: et exclamauit voce magna dicens. Sine: quid nobis et tibi iesu nazarene: Venisti perdere nos: Scio te quia sis sanct⁹ dei. Et increpauit illum ies⁹ dicẽs. Obmutesce: ꝛ exi ab illo. Et cũ proiecisset illud demoniũ in medium: exiit ab illo nichilqꝫ eum nocuit. Et factus est pauor in omnibus: et colloquebantur adinuicẽ dicẽtes. Quid est hoc verbum quia in potestate et virtute imperat imundis spiritib⁹ et exeũt: Et diuulgabatur fama de illo: i oẽm locũ regionis.

Dñica tercia post oct. epyphanie. Officiũ.



Adorate deũ oẽs angeli eius: audiuit ꝛ letata est syon et exultauerũt filie iude. p̃s. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Or.

Omñs sẽpiterne de⁹ ĩfirmitatẽ nostrã ppici⁹ respice: atqꝫ ad protegẽdũ nos dexterã tue maiestatis extẽde. Per d. Ad romaũ. xii.

Fratres. Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos: nulli malũ pro malo reddẽtes. Prouidẽtes bona: non tantũ corã deo: sed etiã corã oibus hoibus. Si fieri potest qđ ex vobis est: cũ oibus hoib⁹ pacẽ habẽtes. Nõ vosmetipsos defendentes carissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est eni. Michi vindictam: et ego retribuã: dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitit: potũ da illi. Hec eni faciẽs: carbones ignis cõgeres sup caput ei⁹. Noli vinci a malo: sed vince in bono malũ. Grad. Timebũt gentes nomẽ tuũ dñe ꝛ oẽs reges terre gl̃iam tuã.

ꝟ. Quoniã edificauit dñs syon: et videbitur i maiestate sua. Alleluya. ꝟ. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. ❡ Secundum matheũ.octauo.

IN illo tempore. Cum descendisset ies⁹ de mõte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce lepros⁹ veniẽs adorabat eũ dicẽs. Dñe: si vis potes me mundare. Et extendẽs iesus manũ: tetigit eũ dicens. Uolo. Mũdare. Et ꝯfestim mũdata est lepra eius. Et ait illi ies⁹ Uide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: et offer mun⁹ qđ precepit moyses i testimoniũ illis. Cũ autẽ introisset capharnaũ: accessit ad eũ centurio rogãs eũ et dicẽs. Dñe: puer meus iacet in domo paraliticus ⁊ male torqtur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eũ. Et respõdẽs centurio: ait. Dñe: nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo: et sanabitur puer meus. Nã et ego homo sũ sub potestate constitutus: habẽs sub me milites. Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autẽ iesus mirat⁹ est: ⁊ sequẽtibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantã fidẽ in israel. Dico autẽ vobis: qđ multi ab oriẽte et occidẽte veniẽt et recũbent cum abrahã et ysaac ⁊ iacob i regno celorum. Filii autẽ regni eiiciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dẽtium. Et dixit iesus centurioni. Uade/ et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offertoriũ. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuam et narrabo opera dñi. Secreta.

HEc hostia dñe q̃sum⁹ emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorũ tibi corpora/ mentesq; sanctificet. Per dñm nostrum. Prefatio. Quia per incarnati. Cõio. Mirabantur oẽs de his q̃ procedebãt de ore dei. Postcõio.

QUos tantis domine largiris vti misteriis: quesum⁹ vt effectibus nos eoꝝ veracit aptare digneris. Per dñm nostrum.

❡ Feria quarta. Ad hebreos. iii.

FRatres: Cõsiderate apostolum et pontificem cõfessionis nostre iesum: qui fidelis est ei q̃ fecit illum: sicut et moyses in oĩ domo illius. Amplioris enĩ glorie iste pre moyse dignus habitus est: quãto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis namq; domus fabricata est ab aliquo. Qui autem omnia creauit: deus est. Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius: tanq̃ famulus in testimonium eorum: que dicenda erant. Christus vero tanq̃ filius in domo sua: que domus sumus nos: si fiduciam et gloriã spei vsq; in finem: firmam teneamus.

❡ Secundum marcum. tercio.

IN illo tẽpore. Exeuntes pharisei cum herodianis cõsiliũ faciebant aduersus iesum: quomodo eũ perderent. Jesus autẽ cũ discipulis suis: secessit ad mare. Et multa turba a galilea et iudea secuta est eũ: et ab hierosolimis ⁊ ab ydumea et trãs iordanem. Et q̃ circa tirũ et sydonẽ multitudo magna audientes q̃ faciebat: venerũt ad eũ. Et dixit discipulis suis: vt in nauicula sibi deseruirent: propter turbã ne cõprimerent eũ. Multos enim sanabat: ita vt irruerẽt in eum vt illum tangerent. Quotquot autem habebãt plagas et spũs imũdos: cũ illũ videbant, pcidebãt ei/ et clamabãt dicentes. Tu es filius dei. Et vehementer cõminabat eis: ne manifestarẽt illũ. Et ascẽdẽs i mõtẽ vocauit ad se quos voluit ipse ⁊ venerũt

ad eum. Et fecit vt essent duodecim cũ illo: et vt mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatẽ curãdi infirmitates ꝛ eiiciẽdi demonia. ¶ Fer. vi. Lectio epl'e bti iohannis apli.ii.

Charissimi. Qui dicit se in luce esse: ꝛ fratrẽ suũ odit in tenebris est vsq; adhuc. Qui diligit fratrẽ suũ in lumine manet: ꝛ scãdalũ in eo nõ est. Qui autẽ odit fratrem suũ i tenebris est ꝛ i tenebris ambulat: ꝛ nescit quo eat qm̃ tenebre obcecauerunt oculos ei⁹. Scribo vobis filioli: qm̃ remittũtur vobis pctã: ppter nomẽ ei⁹. Scribo vobis patres: qꝛ cognouistis eũ q̃ ab iitio est Scribo vobis adolescẽtes qꝛ fortes estis: ꝛ verbũ dei in vobis manet et vicistis malignũ. Scd'm lucã.v.

In illo tp̃e. Cum esset iesus i vna ciuitatũ: ecce vir plenus lepra vidẽs eũ ꝛ procidẽs i faciẽ: rogauit eum dicẽs. Dñe: si vis potes me mundare. Extẽdẽs manũ: tetigit eũ dicẽs. Uolo. Mũdare. Et cõfestim lepra discessit ab eo. Et ipse p̃cepit illi vt nemini diceret: sed vade ostẽde te sacerdoti: et offer mun⁹ p emundatione tua: sicut p̃cepit moyses i testimoniũ illis. Perãbulabat autẽ magis sermo de illo: et ꝯueniebant turbe multe vt audirent eum et curarẽtur ab ĩfirmitatibus suis.

¶ Dñica.iiii. post oct. epyphanie. Officium Adorate deum. Oratio.

Deus qui nos i tãtis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. Per dñm nr̃m. Ad romanos.xiii.

Fratres. Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis. Qui eñi diligit p̃ximũ: legẽ impleuit Nã nõ adulterabis nõ occides/nõ furaberis/nõ falsũ testimoniũ dices/nõ ꝯcupisces rem proximi tui: ꝛ si quod est aliud mandatũ in hoc verbo instauratur: diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gradale. Timebunt gentes. Alla. Ꝟ. Dñs regnauit. ¶ Secundũ matheũ. viii.

In illo tp̃e. Ascẽdẽte iesu ĩ nauiculã: secuti sũt eũ discipuli ei⁹. Et ecce mot⁹ magn⁹ factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctib⁹. Erat aũt illis vẽtus cõtrari⁹. Ille vero dormiebat. Et accesserunt: ꝛ suscitauerunt eum dicentes Dñe: salua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tũc surgens imperauit ventis et mari: ꝛ facta est tranquillitas magna. Porro hoĩes mirati sũt: dicentes. Quis est hic: qꝛ venti ꝛ mare: obediũt ei. Offr̃. Dextera dñi. Secr.

Concede q̃s om̃ps deus: vt huius sacrificii mun⁹ oblatum: fragilitatẽ nostram ab omni malo purget semp et muniat. Per dñm. Prefatio. Quia per incarna. Cõio Mirabantur. Postcõmunio.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: et celestibus nos semper instruant alimentis. Per dñm nr̃m.

¶ Feria quarta. Ad romanos.v.

Fratres. Sicut per vnum hoĩem ĩ hũc mũdũ peccatũ intrauit et p pctm̃ mors: ita in oẽs hoĩes mors pertrãsijt ĩ quo oẽs peccauerunt. Usq; ad legẽ eñi: peccatũ erat in mundo. Peccatum aũt non imputabatur: cũ lex nõ esset. Sꝫ regnauit mors ab adã vsq; ad moysem etiam in eos qui non peccauerũt in similitudinem preuaricationis ade: qui est forma futuri. Sed non sicut delictũ: ita et donum. Si

eni vnius delicto multi mortui sũt: multomagis grã dei et donũ vnius hoĩs iesu christi in plures abundauit. Et nõ sicut per vnũ peccatũ: ita et donũ. Si enim vnius delicto in cõdemnationem: gratia autẽ ex multis delictis in iustificationem.

ℭ Secundum marcum. sexto.

In illo tẽpore. Egressus ies⁹ venit in patriã suã: et sequebãtur eũ discipuli eius. Et cepit sabbato in synagoga docere: et multi audiẽtes admirabãtur in doctrina eius: dicẽtes. Unde huic hec oĩa? Et que est sapiẽtia q̃ data est illi: ⁊ tales virtutes que per manus eius efficiuntur? Nõne hic est fabri fili⁹ ⁊ marie frater iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude et symonis? Nonne ⁊ sorores ei⁹ hic nobiscũ sunt? Et scãdalizabãtur in illo. Et dicebat illis iesus. Quia non est propheta sine honore: nisi in patria sua: et in cognatione sua ⁊ in domo sua. Et nõ poterat ibi virtutem vllam facere: nisi paucos ĩfirmos im̃positis manibus curauit. Et mirabatur: ꝓpter ĩcredulitatẽ illorum.

ℭ Feria. vi. Ad timotheum primo

Carissime. Noli erubescere testimonium dñi nostri neq; vinctũ eius: sed collabora euãgelio secũdũ virtutẽ dei: q̃ nos liberauit et vocauit vocatione sãcta. Non secundũ opera nostra: sed scdm̃ ꝓpositũ suũ et gratiã: q̃ data est nobis ĩ xp̃o iesu: ante tẽpora secularia. Manifestata est autẽ nũc: ꝑ illuminationem saluatoris nostri iesu christi. Qui destruxit quidẽ mortem: illuminauit autẽ vitam et incorruptionem: per euangeliũ in quo positus sum ego ꝑdicator et apostol⁹ et magister gentiũ. Ob quã causã etiam hec patior: sed nõ confundor. Scio enĩ cui credidi: et cert⁹ sum q2 potẽs est depositũ meũ seruare in illũ diẽ. Formam habens sanorum verborũ: que a me audisti: in fide et dilectione. ℭ Secundum lucam. nono.

In illo tp̃e. Dixit quidã ad iesũ Sequar te: quocũq; ieris. Et ait illi ies⁹. Uulpes foueas habẽt et volucres celi nidos: fili⁹ ãt hoĩs nõ habet vbi caput suũ reclinet. Ait aũt ad alterũ. Sequere me. Ille aũt dixit. Dñe ꝑmitte me primũ ire ⁊ sepelire patrẽ meũ. Dixitq; ei ies⁹. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aũt vade: et ãnuncia regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed primũ ꝑmitte michi renunciare his qui in domo sunt. Et ait ad illum iesus. Nemo mittens manum suã ĩ aratrum et respiciens retro: apt⁹ est regno dei.

ℭ Dñica. v. post octa. epyphanie. Offiĩ. Adorate dñm. Or.

Familiam tuã q̃sumus dñe cõtinua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innitit̃: tua semper protectione muniatur. Per dñm.

ℭ Ad colocenses. tercio.

Fratres: Induite vos sicut electi sancti ⁊ dilecti viscera mĩe: benignitatẽ: humilitatẽ: modestiã: patiẽtiã: supportãtes inuicẽ et donãtes vobismetipsis. si q̃s aduersus aliquem habet q̃relã: sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos. Sup oĩa aũt hec caritatẽ habẽtes: qḋ est vinculũ ꝑfectionis. Et pax xp̃i exultet in cordib⁹ vestris: ĩ qua ⁊ vocati estis ĩ vno corpore. Et grati estote. Uerbũ xp̃i habitet ĩ vobis abũdanter: ĩ oĩ sapiẽtia docẽtes et ꝯmonentes vosmetipsos: in psalmis hymnis et cãticis spũalib⁹ in grã: cãtantes in cordib⁹ vr̃is dño. Oẽ q̃dcunq; facitis ĩ verbo aut ĩ opere: oĩa in noĩe dñi iesu facite. Gratias agẽtes deo et p̃ri: per iesũ xp̃m: dñm nr̃m.

Grad. Timebũt gentes. Allã. V. Dñs regnauit exultet terra. ℭ S. lucã. iiii.

In illo tpe. Regress⁹ est iesus in virtute spūs i galileā et fama exiit p vniuersā regionē de illo. Et ipse docebat i synagogis eoꝝ et magnificabat ab oībus. Et venit nazareth vbi erat nutrit⁹ et itrauit scdm cōsuetudinē suā die sabbati: i synagogā. Et surrexit legere et tradit⁹ est ei liber ysaie pphete. Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi scriptum erat. Spūs dñi super me: eo qđ vnxerit me: euāgelizare pauperibus misit me. Predicare captiuis remissionē ꝛ cecis visum: dimittere cōfractos in requiē ꝛ pdicare annū dñi acceptū et diē retributionis. Et cū plicuisset librū reddidit ministro et sedit. Et oīm i synagoga oculi: itendētes erāt in eū. Cepit aūt dicere ad illos: qꝛ hodie ipleta est hec scriptura in auribus vrīs. Et oēs testimoniū illi dabant: et mirabantur i verbis gratie: q̄ procedebant de ore ipsius. Offer. Dextera dñi. Secreta.

Hostias tibi dñe placationis offerimus: vt et delicta nr̄a miserat⁹ absoluas: ꝛ nutātia corda tu dirigas. Per. Prefatio. Qr p incarna. Cōio Mirabantur. Postcōio

Quesumus oṗs de⁹ vt illius salutaris capiam⁹ effectū: cuius p hec misteria pignus accepimus. Per d. ¶ Fer. iiii. ꝛ. vi: eplē et euā. vt s. i dñi. ¶ Dñica. i. lxx. offm

Circūdederūt me gemitus mortis dolores iferni circumdederunt me ꝛ in tribulatione mea inuocaui dñm: ꝛ exaudiuit de templo sācto suo vocē meam. ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamētū meū et refugiū meū et liberator me⁹. Oro.

Preces populi tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt q̄ iuste pro peccatis nr̄is affligimur pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per do. ¶ Ad corinthios. i.

Fratres: Nescitis q hi qui i stadio currunt oēs qđē currunt: sed vnus accipit brauiū. Sic currite: vt cōprehēdatis. Ois eni q in agone ↄtēdit: ab oīb⁹ se abstinet. Et illi qđē vt corruptibilē coronā accipiāt: nos autē icorruptā. Ego igit sic curro: nō quasi in incertum. Sic pugno: nō quasi aerem verberās. Sꝫ castigo corp⁹ meū et i seruitutē redigo: ne forte cū aliis predicauerī ipse reprob⁹ efficiar. Nolo eni vos ignorare fratres: qm̄ pr̄es nr̄i oēs sub nube fuerunt / et oēs mare trāsierūt: et oēs in moyse baptizati sūt: i nube ꝛ i mari. Et oēs eādē escā spūalē mādacauerūt: et oēs eundē potū spūalē biberūt. Bibebāt autē oēs de spūali cōsequenti eos petra. Petra aūt: erat xp̄s. Grad. Adiutor in oportunitatib⁹ i tribulatiōe sperēt in te q̄ nouerūt te qm̄ nō dereliquis q̄rētes te dñe. ℣ Qm̄ nō i finē obliuio erit pauperis patiētia pauperꝝ nō pibit ieternū: exurge dñe nō pualeat homo. Tract⁹.

De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. ℣. Fiant aures tue itendētes: i orōnē serui tui. ℣. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe q̄s sustinebit. ℣ Qꝛ apud te ppiciatio est: ꝛ ppter legē tuā sustinui te dñe. S. math.

In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celoꝝ hoī prīfamilias: q̄ exiit primo mane cōducere operarios in vineā suā. Cōuētione autē facta cū operariis ex denario diurno: misit eos i vineā suā. Et egress⁹ circa horā terciā: vidit alios stātes in foro ociosos: ꝛ illis dixit. Ite et vos in vineā meā: et qđ iustū fuerit dabo vobis. Illi autē abierunt. Iterū autē exiit circa sextam ꝛ nonam horam: et fecit similiter. Circa vndecimam vero exiit: ꝛ iuenit alios stan-

tes: et dixit illis. Quid hic statis: to
ta die ociosi: Dicunt ei. Quia nemo
nos cõduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos i
vineã meã. Cũ sero aũt factũ esset:
dicit dñs vinee pcuratori suo. Uo
ca operarios ⁊ redde illis mercedem:
incipiens a nouissimis vsqꝫ ad pri
mos. Cũ venissent ergo q̃ circa vn
decimã horã venerãt: acceperũt sin
gulos denarios. Uenientes aũt ⁊ pri
mi: arbitrati sunt ꝙ plꝰ essent acce
pturi. Acceperũt autẽ et ipsi: singu
los denarios. Et accipientes: mur
murabãt aduersus patrẽfamilias:
dicẽtes. Hi nouissimi vna hora fece
runt: et pares illos nobis fecisti: qui
portauimꝰ pondꝰ diei ⁊ estꝰ. At ille
respõdens: vni eoꝝ dixit. Amice: nõ
facio tibi iniuriã. Nonne ex denario
cõuenisti mecũ: Tolle qd̃ tuũ est: et
vade. Uolo autẽ et huic nouissimo
dare sicut et tibi. Aut nõ licet michi
qd̃ volo facere: aut oculꝰ tuus neqꝫ
est qr ego bonꝰ sum: Sic erunt no
uissimi primi: et primi nouissimi.
Multi enĩ sũt vocati: pauci vero ele
cti. Offert. Bonum est cõfiteri dño et
psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Muneribꝰ nr̃is q̃s dñe preci
busqꝫ susceptis: ⁊ celestibus
nos mũda mysteriis: et clemẽter ex
audi. Per. Cõio. Illumina faciẽ tuam
sup seruũ tuũ: et saluũ me fac in tua mia
dñe nõ ꝯfũdar qm̃ inuocaui te. Postcõ.

Fideles tui deus per tua do
na firmentur: vt eadẽ ⁊ per
cipiendo requirant: et querendo si
ne fine percipiant. Per dñm nr̃m.

¶ Feria quarta. Ad hebreos. sexto

Fratres Impossibile est eos
qui semel sũt illuminati gu
stauerũt etiã donũ celeste: et partici
pes sũt facti spũs sctĩ: gustauerũt
nichilominꝰ bonũ dei verbũ: virtu
tesqꝫ vẽturi seculi ⁊ plapsi sũt: reno
uari rursꝰ ad penitentiã: rursꝰ cru
cifigẽtes sibimetipsis filium dei: et
ostentui habẽtes. Terra enĩ sepe ve
nientẽ sup se bibens ymbrem ⁊ ge
nerans herbã oportunã illis a qui
bus colit̃ accepit bñdictionẽ a deo.
Proferens autẽ spinas ac tribulos
reproba est: et maledicto proxima.
Cuius ꝯsummatio i cõbustionẽ ve
niet. Cõfidimus aũt de vobis dile
ctissimi: meliora ⁊ viciniora saluti.
In xp̃o iesu: dño nr̃o. S. marcũ. ix.

In illo tp̃e: Egressꝰ iesꝰ ibat
per galileã nec volebat que
quã scire. Docebat autẽ discipulos
suos: et dicebat illis. Qm̃ filiꝰ hoĩs
tradet̃ in manus hoĩm et occident
eũ: et tercia die resurget. At illi igno
rabant verbũ: ⁊ timebãt eũ interro
gare. Et venerũt capharnaũ. Qui
cum domi essent: interrogauit eos.
Quid i via tractabatis: At illi tace
bãt. Siqdẽ inter se in via disputaue
rãt: q̃s esset illoꝝ maior. Et residẽs
vocauit duodecĩ: ⁊ ait illis. Si quis
vult primꝰ esse: erit oĩm nouissimꝰ
et oĩm minister. Et accipiẽs pueꝝ:
statuit eũ in medio eoꝝ. Quẽ cũ cõ
plexꝰ esset: ait illis. Quisqs vnũ ex
huiusmodi pueris receperit in noĩe
meo: me recipit. Et q̃cũqꝫ me susce
perit: nõ me suscipit sed eũ q̃ me mi
sit. Qui habet aures audiẽdi audi
at. ¶ Feria. vi. Ad hebreos. iiii.

Fratres: Festinemꝰ igredi
in illã requiẽ: vt ne i idipsũ
q̃s incidat icredulitatis exẽplũ. Ui
uus est enĩ sermo dei ⁊ efficax: et pe
netrabilior oĩ gladio ancipiti: et pti
gens vsqꝫ ad diuisionẽ aĩe ac spũs
cõpagum quoqꝫ ac medullaꝝ: ⁊ di
scretor cogitationũ ⁊ intẽtionũ cor
dis: ⁊ nõ est vlla creatura inuisibilis:
in ꝯspectu eiꝰ. Oĩa aũt nuda ⁊ apta
sunt oculis eiꝰ: ad quẽ nobis sermo
Habentes aũt pontificẽ magnum
qui penetrauit celos iesum filiũ dei

teneam⁹ ɔfessionē. Nō eni habem⁹ pōtificē q̄ nō possit ɔpati īfirmitati bus nr̄is tētatū autē p oia p simili tudine absq3 peccato. Adeam⁹ ergo cū fiducia ad thronū grē: vt miām ɔsequamur: et gratiā īueniam⁹: in auxilio opotuno. ¶ S. lucam .ix.

In illo tp̄e. Factū est autē dū ɔplerent̄ dies assūptionis ie su: et ipse faciē suā firmauit vt iret ī hierusalē: et misit nūcios ante ɔspe ctum suū. Et eūtes itrauerūt ī ciui tatem samaritanoꝝ vt pararent il li: et nō receperunt eū qz facies eius erat euntis in hierusalē. Cū vidis sent aūt discipuli eius iacobus et io hānes dixerunt. Dn̄e: dicamus vt ignis descendat de celo et ɔsumat il los: sicut helias fecit. Et conuersus increpauit eos dicens. Nescitis cu ius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere: sed sal uare. Et abierunt: in aliud castellū.

¶ Dominica in .lx. Officium.

Exurge quare obdormis dn̄e: exurge et ne repellas in finē quare faciem tuā auertis obliuisceris tribu lationē nostrā adhesit ī terra venter nr̄ exurge dn̄e adiuua nos et libera nos. ps. De⁹ aurib⁹ nostris audiuim⁹ patres nr̄i annunciauerunt nobis. Or

Deus q̄ conspicis qz ex nulla nostra actione ɔfidimus: cō cede ꝑpicius: vt contra aduersa oia doctoris gentiū protectione muni amur. Per do. ¶ Ad corinthios .xi.

Fratres: Libenter suffertis insipiētes: cū sitis ipsi sapiē tes. Sustinetis eni: si q̄s vos in ser uitutē redigit. Si q̄s deuorat: si q̄s accipit si q̄s extollit̄ si q̄s ī faciē vos cedit. Scd̄m ignobilitatē dico: qua si nos īfirmi fuerimus ī hac parte. In quo q̄s audet: in sapientia dico: audeo et ego. Hebrei sunt et ego. Is raelite sūt: et ego. Semē abrahe sūt: et ego. Ministri xp̄i sunt: et ego. Ut minus sapiēs dico: plus ego. In la boribus plurimis: ī carcerib⁹ abun dātius: ī plagis supra modū: ī mor tibus frequenter. A iudeis quinques quadragenas: vna minus accepi. Ter virgis ces⁹ sū: semel lapidat⁹ sum: ter naufragium feci. Nocte ac die in ꝓfundo maris fui. In itineri bus sepe. Periculis fluminū: ꝑicu lis latronū. Periculis ex genere: pe riculis ex gētib⁹. Periculis ī ciuita te: ꝑiculis ī solitudīe. Periculis ī ma ri: ꝑiculis ī falsis fratrib⁹. In labo re et erūna: ī vigiliis multis. In fa me et siti: ī ieiuniis multis. In frigo re: et nuditate. Preter illa q̄ extrinse cus sūt istātia mea quotidiana: soli citudo oīm ecclesiaꝝ. Quis īfirma tur: et ego nō īfirmor: Quis scanda lizat̄: et ego nō vror: Si gloriari o portet: q̄ īfirmitatis mee sūt gloria bor. De⁹ et pr̄ dn̄i nr̄i iesu xp̄i scit q̄ est bn̄dictus ī scl̄a: q nō mētior. In dn̄ica legat̄ tota. Damasci ꝑposi tus gētis arethe regis: custodiebat ciuitatē damascenorū vt me cōpre hēderet: et ꝑ fenestrā ī sporta dimis sus sū ꝑ murū: et sic effugi man⁹ ei⁹ Si gl'iari oportet: non expedit q̄dē. Ueniā autē ad visiōes: et reuelatio nes dn̄i. Scio hoīem ī xp̄o ante an nos quattuordeci siue ī corpore siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit: raptū hu iusmodi vsq3 ad terciū celū. Et scio huiusmodi hoīem siue in corpore si ue extra corp⁹ nescio de⁹ scit: q̄m ra ptus est ī paradisū: et audiuit archa na verba q̄ nō licet hoī loqui. ꝓ hu iusmodi gloriabor: ꝓ me aūt nichil nisi in īfirmitatibus meis. Nā et si voluero gloriari: nō ero insipiens. Ueritatē enim dicā. Parco autē ne q̄s me existimet supra id q̄d videt in me: aut audiat aliq̄d ex me. Et ne

magnitudo reuelationum extollat me: datus est michi stimul⁹ carnis mee angelus sathane qui me colaphizet. Propter qđ ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in īfirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virt⁹ xpi. ¶ Notandū q̄ ista epl'a in dñica legatur tota: et etiā feria scđa qñ dñica serialiť agiť: alias diuise legantť alternatī. Grad. Sciāt gētes qm̄ nomen tibi deus tu sol⁹ altissimus sup oēm terrā. ℣ De⁹ me⁹ pone illos vt rotā ⁊ sicut stipulā ante faciem venti. Tract⁹.

Commouisti dñe terrā et ꝯturbasti eā. ℣ Sana ꝯtritiones ei⁹ q2 cōmota est. ℣ Ut fugiāt a facie arcus vt liberentť electi tui. ¶ S. lucam. viii.

In illo tp̄e: Cum turba plurima ꝯuenirent ad iesum: ⁊ de ciuitatibus ꝓperarent ad eū dixit ꝑ similitudinē. Exiit q̄ seminat seminare semen suū. Et dū seminat: aliud cecidit secus viā et conculcatum est: ⁊ volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: et natū aruit: q2 non habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas: ⁊ simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: et ortū fecit fructum cētuplū. Hec dicēs: clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant aūt eū discipuli eius: q̄ esset hec parabola. Quib⁹: ipse dixit. Vobis datū est nosse mysterium regni dei: ceteris aūt ī parabolis vt videntes nō videāt: ⁊ audientes nō intelligant. Est autē parabola. Semen est verbū dei. Qui autem secus viā: hi sunt qui audiunt. Deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum: ne credētes salui fiant. Nam qui supra petram: q̄ cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent quia ad tēpus credunt: et in tēpore tentationis recedūt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt: et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite euntes suffocantur: et nō referunt fructū. Qđ aūt in terrā bonā: hi sunt q̄ in corde bono et optimo: audiētes verbū retinent. Et fructū afferunt in patiētia. Credo. Offer. Perfice gress⁹ meos in semitis tuis: vt non moueātur vestigia mea. inclina aurem tuā et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperantes in te. Secreta.

Oblatum tibi dñe sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dñm nostrum. Cōio. Introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meam. Postcommunio.

Supplices te rogam⁹ omnipotens de⁹: vt quos tuis reficis sacramētis: etiam placitis moribus dignanter deseruire ꝯcedas. Per. ¶ Feria. iiii. Ad hebreos. xii.

Hec dicit dñs deus. Honora patrẽ tuum et matrẽ tuam: vt sis longeu⁹ super terram quam dñs deus tuus dabit tibi. Non occides: non mechaberis: non furtum facies non loqueris cõtra proximũ tuum falsũ testimoniũ. Non cõcupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius. Non seruũ non ancillam: non bouẽ nõ asinã: nec omnia que illius sũt. Cunctus autem populus audiebat voces et lampades et sonitum buccine: montemq fumigantem: et perterriti ac pauore cõcussi steterũt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: ⁊ audiemus. Nõ loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad pplm. Nolite timere. Ut eni probaret vos venit dñs: ⁊ vt terror illius esset in vobis: et non peccaretis. Stetitq populus de longe: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq preterea dominus ad moysen. Hec dices filiis israel: vos vidistis quod de celo locutus sim vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis super illud holo-

causa et pacifica vestra. Oues vestras: & boues: i oi loco i quo memoria fuerit: nois mei. Grad. Miserere michi dñe qm̃ ifirm⁹ sũ sana me dñe. ℣. Cõturbata sunt oia ossa mea: & aia mea turbata est valde. ¶ Scdm mat. xv.

IN illo tempore. Accesserunt ad iesũ ab hierosolimis scribe et pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et vos transgredimini mandatũ dei: propter traditionem vestram. Nam deus dixit. Honora patrẽ tuũ et matrẽ. Et qui maledixerit patri vel matri morte moriet. Uos aũt dicitis. Quicunq̃ dixerit patri vel matri mun⁹ quodcũq̃ est ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum et matrem suã: et irritum fecistis mandatũ dei propter traditionẽ vestram. Hypocrite: bene pphetauit de vobis ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor autẽ eorum lõge est a me. Sine causa autem colunt me: docẽtes doctrinas & mandata hominũ. Et cõuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite: et intelligite: non quod intrat in os coinquinat hominẽ: sed quod pcedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerũt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens: ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt duces cecorũ. Cecus si ceco ducatũ prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Nõ intelligitis q2 omne quod in os intrat in ventrẽ vadit et i secessũ emittitur? Que autẽ procedunt de ore de corde exeunt: & ea sunt q̃ coinquinãt hominẽ. De corde eñ exeunt cogitatiões male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominẽ. Non lotis autem manib⁹ mãducare: nõ coinquinat hominẽ. Offerto. Dñe fac mecum misericordiam tuã: propter nomẽ tuũ: quia suauis est misericordia tua. Secreta.

SUscipe quesumus dñe pces populi tui cũ oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrãtes: ab omnibus nos defende periculis. Per dñm nr̃m. Cõio. Notas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo dñe. Postcõio.

SAnctificet nos q̃sumus dñe qua pasti sumus mensa celestis: et a cũctis erroribus expiatos: supernis promissionibus reddat acceptos. Per dñm. Super populũ.

COncede quesum⁹ omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiã querimus: liberati a malis oibus secura tibi mente seruiamus. Per. ¶ Feria. v. Officium.

SAlus populi ego sũ dicit dominus de quacũq̃ tribulatione clamauerit ad me: exaudiam eos et ero illor dñs imperpetuũ. ℣. Attẽdite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Oro.

COncede quesum⁹ omps deus vt ieiunior nobis sancta deuotio & purificationem tribuat: & maiestati tue nos reddat acceptos. Per. ¶ Lectõ hieremie pphete. vii.

IN dieb⁹ illis. Factũ est verbum dñi ad me dicens. Sta in porta dom⁹ dñi: et pdica ibi verbum istud & dic. Audite verbum domini omnis iuda qui ingredimini

per portas has vt adoretꝫ dominū. Hec dicit dñs exercituū: deus israel. Bonas facite vias vr̃as et studia vestra: ⁊ habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere in verbis mē dacii dicentes. Templum dñi: templum dñi: templum dñi est. Quoniā si benedixeritis vias vestras et studia vestra: si feceritis iudicium inter virum ⁊ proximum eius: ⁊ aduene pupillo et vidue non feceritis calumniam nec sanguinem innocē tem effuderitis ī loco hoc: et post deos alienos nō ambulaueritis ī malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto: in terra quā dedi patribus vestris: a seculo et vsqꝫ in seculum. Dicit dominus: omnipotens. Gradale. Oculi oīm in te sperant domine: et tu das illis escam in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manū tuam et imples omne animal benedictione.

¶ Secundum iohannem. vi.

In illo tēpore. Dixit ies⁹ turbis iudeoꝝ. Operamini non cibū qui perit: sed qui permanet in vitam eternā: quam fili⁹ hominis dabit vobis. Hūc enim deus pater sanctificauit. Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei vt credatis in eum quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Qđ ergo facis signū vt videamus ⁊ credam⁹ tibi? Quid operaris? Patres nr̃i māducauerūt manna in deserto: sicut scriptū est. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amē amē dico vobis: nō moyses dedit vobis panē de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis enim dei est: qui descendit de celo: ⁊ dat vitam mundo Dixerunt ergo ei. Domine da nobis hunc panem. Dixit autem eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me: non esuriet. Et qui credit in me: non sitiet vnquam. Offerto. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et super iram inimicoꝝ meoꝝ extendes manum tuam ⁊ saluum me fecit dextera tua. Secreta.

Hac nos q̄sumus dñe ad sacta misteria purificatis mētibus accedere: vt tibi semper competēs deferamus obsequium. Per dñm nr̃m iesum. Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas. Postcōio.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio: et mistico nos mundet effectu: et perpetua virtute defendat. Per dñm nostrū iesum xp̄m. ¶ Super populum.

Subiectū tibi populum quesumus domine propiciatio celestis amplificet: ⁊ tuis faciat semper seruire mandatis. Per dñm nostrū iesū. ¶ Feria sexta. Officium.

Fac mecum dñe signū ī bonum vt videant qui me oderūt et confundātur: qm̄ tu dñe adiuuisti me: et consolatus es me. ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me: qm̄ inops et pauper sum ego. Oratio.

Ieiunia nostra q̄sumus dñe benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore: ita a viciis ieiunem⁹ in mēte. Per. ¶ Lectio libri numeri. xx.

In diebus illis. Conuenerūt filii isrl̄ ad moysen: ⁊ aaron: et versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquā: vt bibamus. Ingressusqꝫ moyses ⁊ aaron dimissa multitudine ante tabernaculū federis: corruerunt proni ī terrā. Clamaueruntqꝫ ad dñm atqꝫ dixerunt. Dñe deus exaudi clamorem populi huius: et aperi eis thesaurum tuū: fon

tem aque viue vt satiati cessent murmuratio eorum. Et apparuit gloria dñi super eos. Locutusq; est dominus ad moysen dicēs. Tolle virgā et congrega populū: tu et aaron frater tuus: & loquimini ad petram corā eis et illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit ergo moyses: virgā q̄ erat ī cōspectu domini sicut preceperat ei: cōgregata multitudine ante petrā: dixitq; eis. Audite rebelles et increduli. Nun de petra hac vobis aquā poterimus eiicere? Cumq; eleuasset moyses manum percutiens virga bis silicem: egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet & iumēta. Dixitq; dominus ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi vt sanctificaretis me corā filiis israel: non itroducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Hec est aqua contradictionis vbi iurgati sunt filii israel contra dominum: & sanctificatus est in eis. Grada. In deo sperauit cor meum et adiutus sum: et refloruit caro mea et ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me.

¶ Secundum iohannem decimo.

In illo tempore. Oportebat iesū transire per samariam. Venit ergo ī ciuitatem samarie que dicitur sychar: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo Erat autem ibi fons iacob. Jesus autem fatigat⁹ ex itinere: sedebat sic supra fōtē. Hora aūt erat: quasi sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquam Dixit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli autem abierant in ciuitatē: vt cibos emerēt. Dixit ergo ei: mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Non enī coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus & dixit ei. Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam viuā. Dicit ei mulier. Dñe neq; in quo haurias habes: et puteus altus est. Vnde ergo habes aquā viuam? Nunquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteum? Et ipse ex eo bibit et filii eius: et pecora ei⁹. Respondit iesus et dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac: sitiet iterum. Qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei: non sitiet ineternum. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet ī eo fons aque salientis in vitam eternā. Dixit ad eum mulier. Domine da michi hanc aquam: vt non sitiam: neq; veniam huc haurire. Dicit ei iesus. Vade voca virum tuum et veni huc. Respondit mulier: et dixit. Non habeo virum. Dicit ei iesus. Bene dixisti: quia non habeo virū. Quinq; enī viros habuisti: & nunc quem habes: non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis quia hierosolimis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei iesus. Mulier crede michi: quia venit hora: quādo neq; ī monte hoc neq; in hierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis q̄d nescitis: nos adoram⁹ quod scimus: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eū. Spiritus est deus: et eos qui adorāt eum in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit: q̄ dicitur christus Cum ergo venerit: ille vobis annunciabit omnia. Di

cit ei iesus. Ego sum: qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabātur quia cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei quid queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo ydriam suā mulier: et abiit in ciuitatem et dixit illis hominib9. Uenite et videte hominē: qui dixit michi omnia quecūqꝫ feci. Nunquid ipse est christ9? Et exierunt de ciuitate: et veniebant ad eū. Interea rogabant eū discipuli: dicentes. Rabbi: manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibū habeo mādūcare: quē vos nescitis. Dicebant ergo discipuli: adinuicem. Nūquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis iesus. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me vt pficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor mēses sūt et messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros et videte regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et cōgregat fructum in vitam eternam: vt et qui seminat simul gaudeat: et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat: et alius est qui metit. Ego misi vos metere: quod vos non laborastis. Alii laborauerunt: et vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eū samaritanorū: propter verbū mulieris testimonium perhibentis: qꝛ dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Cū venissent ergo ad illū samaritani: rogauerunt eū vt ibi maneret et māsit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt in eū propter sermonē eius: et mulieri dicebant. Qꝛ non iam propter tuā loquelam credimus. Ipsi enī audiuimus et scimus: qꝛ hic est vere saluator mundi. Offertoriū. Intende voci orationis mee rex meus et de9 me9 quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Respice domine propicius ad munera que sacramus vt et tibi grata sint: et nobis salutaria semper existant. Per dñm nrm iesum. Cōio. Qui biberit aquā quā ego do: dicit dñs samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Postcōio.

Huius nos dñe perceptio sacramenti mūdet a crimine: et ad celestia regna pducat. Per dominū nrm. ¶ Super populum.

Presta quesumus oīpotens deus vt qui in tua protectione confidimus: cūcta nobis aduersantia te adiuuāte vincamus. Per dñm nrm. ¶ Sabbato. Officium.



Uerba mea aurib9 percipe dñe itellige clamorem meum intende voci orationis mee. ℣. Rex meus et deus meus. Oratio.

Presta quesumus oīpotens deus: vt qui se affligēdo carnem ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per. ¶ Lectio danielis prophete. xiii.

In diebus illis. Erat vir ī babilone: et nomen ei9 ioachim. Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie pulchrā nimis: et timentē dñm. Parentes enim illius cū essent iusti: erudierūt filiam suā secundum legē moysi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinū domui sue. Et ad ipsum confluebant iudei eo q9 esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dñs: quia egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populū. Isti frequentabant domū ioachim: et veniebāt ad eos omnes qui habebāt iudicia. Cum aūt populus reuertisset post

meridiem: ingrediebatur susanna: et deambulabat i pomerio viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem et deambulantē: ⁊ exarserunt in cōcupiscētia eius. Et auerterunt sensum suū: et declinauerūt oculos suos: vt non viderent celū: neq recordarentur iudiciorum iustorum. Factum est autē vt obseruarent diem aptū quando eam possent inuenire solam: ingressa est aliquando sicut heri ⁊ nudiustercius: cum duabus solis puellis: voluitq lauari i pomerio. Est⁹ quippe erat. Et nō erat ibi quisquā preter duos senes absconditos: et contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et smigmata: et ostia pomerii claudite vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerūt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt. Ecce ostia pomerii clausa sunt: ⁊ nemo nos videt. Quamobrem assentire nobis: et commiscere nobiscū. Quod si nolueris: dicemus testimoniū contra te q̄ fuerit tecū iuuenis: ⁊ ob hanc causā emisisti puellas a te. Ingemuit susanna: et ait. Angustie michi sunt vndiq. Si enim hoc egero mors michi est. Si autē non egero: non effugiam manus vestras. Sed melius est michi absq opere incidere i manus vestras: q̄ peccare in cōspectu dñi. Et exclamauit voce magna susanna. Exclamauerūt aūt et senes: aduersus eā. Cum aūt audissent clamorē in pomerio famuli domus irruerūt per porticū: vt viderent quidnā esset. Postquā autē senes locuti sūt erubuerunt serui vehementer quia nunq̄ dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cumq venisset populus ad virū ei⁹ ioachim: venerūt ⁊ duo presbiteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannam vt interficerent eam. Et dixerūt corā populo. Mittite ad susannam filiā helchie: vxorem ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus ⁊ filiis: ⁊ vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui: ⁊ omnes qui nouerāt eā. Consurgentes autē duo presbiteri in medio populi: posuerunt man⁹ super caput eius. Que flēs suspexit in celū. Erat enim cor eius: fiduciā habēs i dño. Et dixerūt presbiteri. Cū deambularemus i pomerio soli: igressa est hec cum duabus solis puellis: et clausit ostia pomerii ⁊ dimisit puellas. Venitq ad eam adolescens qui erat absconditus: ⁊ concubuit cum ea: porro nos cum essemus in angulo pomerii: videntes iniquitatem cucurrimus ad eos: et vidim⁹ eos pariter commisceri. Et illū quidem nequiuim⁹ comprehēdere: q2 fortior nobis erat: ⁊ aperto ostio exiliuit: hanc autē cum apprehendissemus: interrogauim⁹ quisnam esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus et iudicibus populi: et condemnauerūt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna susanna: et dixit. Deus eterne qui absconditor es cognitor: qui nosti oia āteq̄ fiāt: tu scis q2 falsū tulerūt cōtra me testimoniū. Et ecce morior: cū nichil horū fecerim: que isti maliciose cōposuerūt aduersū me. Exaudiuit autē dñs vocē eius. Cumq duceretur ad mortem: suscitauit deus spiritū pueri iunioris cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna. Mūd⁹ ego sum: a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum: dixit. Quis est sermo iste quem tu locut⁹ es? Qui cum staret i medio eorum ait. Sic fatui filii israel non iudicā-

tes neq̨ quod verum est cognoscē-
tes: condemnastis filiam israel. Re
uertimini ad iudiciũ: quoniam fal
sum testimoniũ locuti sunt aduer-
sus eam. Reuersus est ergo popu-
lus cum festinatione: ⁊ dixit ad eos
daniel. Separate eos abinuicē pro
cul et diiudicabo eos. Cum ergo di
uisi essent alter ab altero. Uocauit
vnum de eis: et dixit ad eum. Inue-
terate dierũ malorũ: nunc venerũt
peccata tua que operabaris pri⁹: iu
dicans iudicia iniusta: innocentes
opprimens ⁊ dimittens noxios di-
cente dño. Innocentem et iustũ nõ
interficies. Nunc ergo si vidisti eã:
dic sub qua arbore videris eos col-
loquentes sibi. Qui ait. Sub cino.
Dixit autem daniel. Recte mentit⁹
es in caput tuum. Ecce enim ange-
lus domini accepta sententia ab eo:
scindet te medium. Et ammoto eo:
iussit venire alium. Et dixit ei. Se-
men chanaan ⁊ nõ iuda: species de-
cepit te: ⁊ cõcupiscẽtia subuertit cor
tuum. Sic faciebatis filiab⁹ israel:
et ille timentes loquebantur vobis
Sed non filia iuda: sustinuit iniqui
tatem vestram. Nunc ergo dic mi-
chi: sub qua arbore comprehẽderis
eos loquẽtes sibi? Qui ait. Sub pri
no. Dixit autẽ ei daniel. Recte men
titus es et tu ĩ caput tuum. Manet
enim angelus domini gladium ha
bens: vt scindat te medium: et inter
ficiat vos. Exclamauit itaq̨ om-
nis cetus voce magna: et benedixe-
runt deum: qui saluat sperantes in
se. Et consurrexerunt aduersus du-
os presbiteros: cõuicerat enim eos
daniel ex ore suo: falsum dixisse testi
monium. Feceruntq̨ eis sicuti ma
le egerant aduersus proximum: et
interfecerunt eos. Et saluat⁹ est sã-
guis innoxius: in die illa. Gradale.
Si ambulẽ in medio vmbre mortis: nõ
timebo mala quoniam tu mecũ es dñe.
℣. Uirga tua et baculus tuus: ipsa me
consolata sunt. ¶ Sequẽtia sancti euã
gelii. Secundum iohannem. viii.

In illo tempore. Perrexit ie-
sus in montem oliueti: et di-
luculo iterum venit in templũ. Et
omnis populus venit ad eum: et se
dens docebat eos. Adducũt autem
scribe et pharisei mulierem in adul-
terio deprehensam. Et statuerũt eã
in medio: et dixerunt ei. Magister.
Hec mulier modo deprehensa est in
adulterio. In lege autẽ moyses mã
dauit nobis huiusmodi lapidare.
Tu ergo quid dicis? Hec autem di-
cebant tentantes eum: vt possẽt ac-
cusare eũ. Jesus autem inclinans se
deorsum: digito scribebat in terra.
Cũ autẽ perseuerarent interrogan
tes eũ: erexit se et dixit eis. Qui sine
peccato est vestrũ: primus in illam
lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinans
scribebat in terra. Audiẽtes autem:
vnus post aliũ exibãt incipientes a
seniorib⁹. Et remansit solus iesus:
et mulier in medio stans. Erigens
autem se iesus: dixit ei. Mulier: vbi
sunt qui te accusabant? Nemo te cõ
demnauit? Que dixit. Nemo domi
ne. Dixit autem ei iesus. Nec ego te
cõdemnabo. Uade ⁊ iam amplius
noli peccare. Offerto. Gressus meos
dirige dñe secundũ eloquiũ tuũ: vt non
dñetur omnis iniusticia dñe. Secreta.

Concede q̃s omnipotẽs de-
us: vt huius sacrificii mun⁹
oblatũ: fragilitatẽ nostrã ab omni
malo purget semp et muniat. Per.
Cõio. Nemo te condemnauit mulier ne
mo domine: nec ego te condemnabo: iã
amplius noli peccare. Postcõio.

Quesumus ops deus: vt in
ter ei⁹ mẽbra numeremur:
cuius corpori cõmunicamus et san
guini. Per eundem dñm nostrum

iesum christum filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & reg. ¶ Super populũ. Or.

PRetende domine fidelib9 tuis dexteram celestis auxilii: vt te toto corde perquirant et que digne postulant: consequi mereantur. Per dominũ nostrũ iesũ xpm filiũ.

¶ Dñica quarta. xl. Officium.



LEtare hierusalem et conuentũ facite omẽs qui diligitis eã gaudete cũ leticia qui i tristicia fuistis vt exultetis et satiemini ab vberibus consolationis eius. ps. Letatus sum i his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. Oratio.

COncede quesum9 omnipotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie cõsolatione respiremus. Per dominũ nr̃m. ¶ Ad galathas. iiii.

FRatres. Scriptũ est quoniam abrahã duos filios habuit: vnũ de ãcilla: & vnũ de libera. Sed qui de ancilla: secũdũ carnem natus est. Qui autem de libera: per repromissionem: que sunt per allegoriã dicta. Hec enĩ sunt duo testamenta: vnũ quidẽ in monte syna i seruitutem generans: que est agar. Syna enĩ mons est in arabia q cõiunctus est ei que nũc est hierusalẽ: & seruit cum filiis suis. Illa aũt que sursũ est hierusalẽ libera est: que est mater nostra. Scriptũ est enĩ. Letare sterilis que non paris: erũpe et clama que nõ parturis: qz multi filii deserte: magis q̃ eius que habet virum. Nos autẽ fratres secũdum ysaac promissionis filii sum9. Sed quomodo tũc qui secũdũ carnẽ natus fuerat: persequebatur eum qui secundũ spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille: cum filio libere. Itaqz fratres: non sumus ancille filii: sed libere. Qua libertate: christus nos liberauit. Gra. Letatus sum i his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Tractus.

QUi confidunt i dño sicut mons syon: nõ commouebitur in eternum: qui habitat in hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius: et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et vsqz i seculũ.

¶ Secundum iohannem. vi.

IN illo tempore. Abiit iesus trans mare galilee qd est tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna: qz videbãt signa que faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem iesus: et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha: dies festus iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos ies9: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippum. Unde emem9 panes vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat: temtans eum. Ipse enĩ sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiũt eis: vt vnusquisqz modicum qd accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas frater symonis petri. Est puer vn9 hic: qui habet quinqz panes ordeaceos & duos pisces. Sz hec qd sũt iter tãtos? Dixit ergo eis iesus: facite hoĩes discumbere. Erat enim fenum multũ in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quinqz milia. Accepit ergo iesus panes: & cum gratias egisset distribuit discumbẽtibus. Similiter et ex piscibus: quantum volebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerũt duodecim cophinos frag

mentorū: ex quinqꝫ panibus ordea ceis que superfuerunt his qui man ducauerūt. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum: dice bant. Quia hic est vere propheta: qui venturus est in mundū. Offertor. Laudate dn̄m qꝛ benign9 est psallite no mini ei9 qm̄ suauis est omnia quecunqꝫ voluit fecit in celo et in terra. Secreta.

Sacrificiis presentibus domi ne quesumus intende placa tus: vt et deuotioni nostre proficiāt et saluti. Per dn̄m nr̄m iesū. Cōio. Hierusalem que edificatur vt ciuitas cu ius participatio eius i idipsum: illuc eni ascenderunt tribus tribus dn̄i: ad cōfitē dum nomini tuo domine. Postcōio.

Da nobis q̄s misericors de9: vt sancta tua quibus inces sāter explemur: sinceris tractemus obsequiis et fideli mēte sumamus. Per dn̄m. ¶ Feria secūda. Offīn.

Deus i nomine tuo sal uum me fac: ꝛ i virtu te tua iudica me: deus exaudi orationem me am. ps. Qm̄ alieni insurrexerūt aduer sū me ꝛ fortes q̄sierunt aiam meā: et non pposuerūt deū ante conspectū suū. Or.

Presta q̄s omnipotēs deus vt obseruationes sacras an nua deuotione recolentes: ꝛ corpore tibi placeamus et mente. Per dn̄m nr̄m. ¶ Lectio libri regū. iii. vii.

In diebus illis. Venerūt due mulieres meretrices ad regē salomonem: steteruntqꝫ coram eo. Quarū vna ait. Obsecro mi dn̄e: ego ꝛ mulier hec habitabam9 i do mo vna: et peperi apud eam in cu biculo. Tertia vero die postq̄ ego peperi: peperit et hec. Et eramus si mul: nullusqꝫ alius in domo nobi scum exceptis nobis duabus. Mor tuus est autem filius mulieris hu ius nocte: dormiēs quippe oppres sit eum. Et consurgens intempeste noctis silentio; tulit filiū meum de latere meo ancille tue dormientis et collocauit i sinu suo. Suum autē fi liū qui erat mortuus: posuit in sinu meo. Cumqꝫ surrexissem mane vt darem lac filio meo: apparuit mor tuus. Quem diligētius ituens cla ra luce: deprehendi non esse meum quem genuerā. Respōdit itaqꝫ alte ra mulier. Non est ita: sed filius tu us mortuus est: meus autem viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus viuit: et filius tuus mortuus est. Atqꝫ in hunc mo dū contendebant corā rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meus viuit et filius tuus mortuus est: ꝛ ista respō dit non: sed fili9 tuus mortuus est: et filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladiū. Cūqꝫ attulis sent gladiū corā rege ait. Diuidite i fantē viuū in duas partes ꝛ date di midiam partē vni: ꝛ dimidiā alte ri. Dixit aūt mulier cui9 filius erat viuus ad regem: cōmota sunt quip pe viscera eius super filio suo. Ob secro dn̄e date illi infantē viuum: et nolite interficere eū. Ecōtrario: illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed di uidatur. Respondit rex et ait. Date huic infantem viuū: ꝛ non occida tur. Hec est enim mater eius. Audi uit itaqꝫ omnis populus iudicium quod iudicasset rex: et timuerunt re gem. Videntes sapientiam dei esse in eo: ad faciendum iudiciū. Grad. Esto michi in deū protectorē: ꝛ in locū re fugii vt saluum me facias. V. Deus i te speraui domine nō confundar ineternū.

¶ Secundum iohannem. ii.

In illo tēpore. Prope erat pa scha iudeorū: ꝛ ascendit iesus hierosolimā. Et inuenit in templo vendētes boues ꝛ oues ꝛ colūbas: et nummularios sedētes. Et cum

fecisset quasi flagellũ de funiculis: oẽs eiecit de templo. Oues quoqꝫ ⁊ boues et nummulariorum effudit es ⁊ mensas subuertit: et his qui vẽdebãt colũbas dicebat. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domum patris mei: domum negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius: qꝛ scriptũ erat: zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Quod signũ ostendis nobis quia hec facis? Respõdit iesus: et dixit eis. Soluite templũ hoc: et i tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templũ hoc: et tu ĩ tribus diebꝰ excitabis illud. Ille autẽ dicebat: de tẽplo coꝛpoꝛis sui. Cũ ergo resurrexisset a moꝛtuis: recoꝛdati sunt discipuli eius: quia hec dicebat. Et crediderũt scripture: et sermoni quẽ dixit iesꝰ. Cũ aũt esset hierosolimis die festo: multi crediderũt in noĩe eiꝰ videtes signa q̃ faciebat. Ipse aũt iesus non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes: ⁊ quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim: sciebat quid esset i homine. Offerto. Jubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite noĩ eius: venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis oẽs q̊ timetis deũ: quãta fecit dominus anime mee. Secreta.

OBlatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dñm nr̃z. Cõmunio. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. Postcõio.

SUmptis dñe salutaribꝰ sacramentis: ad redemptiõis eterne q̃s proficiamus augmentũ. Per dñm nr̃m. Super populũ.

DEprecationẽ nostram quesumus domine benignꝰ exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per dñm nostrũ iesum xp̃m.

Feria tercia. Officium.



Exaudi deꝰ oꝛationẽ meam: ⁊ ne despexeris deprecationẽ meã: intende ĩ me et exaudi me. Ps. Contristatus sum in exercitatione mea et conturbatus sum: a voce inimici et a tribulatione peccatoꝛis. Oratio.

SAcre nobis quesumus dñe obseruationis ieiunia: et pie cõuersationis augmentũ: ⁊ tue propiciationis continuum prestent auxilium. Per. Lec. li. exodi. xxxii.

IN diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Descende de monte: qꝛ peccauit populus tuꝰ quẽ eduxisti de terra egypti. Recesserũt cito de via quã ostendisti eis: feceruntqꝫ sibi vitulũ conflatilẽ: et adoꝛauerũt atqꝫ immolãtes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israel: qui eduxerunt te de terra egypti. Rursumqꝫ ait dñs ad moysen. Cerno quod populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furoꝛ meus cõtra eos: et deleã eos faciamqꝫ te in gẽtem magnã. Moyses aũt oꝛabat dñm deũ suũ dicẽs. Cur dñe irascitur furoꝛ tuus cõtra populũ tuũ: quem eduxisti de terra egypti in foꝛtitudine magna et manu robusta? Ne q̃so dicãt egyptii: callide eos eduxit: vt interficeret ĩ mõtibꝰ et deleret de terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis sup nequitia ppl̃i tui. Recoꝛdare abꝛahã ysaac ⁊ israel seruoꝛũ tuoꝛũ: quibus iurasti per temetipsũ dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: et vniuersam terrã hanc de qua locutus sũ dabo semini vestro ⁊ possidebitis eam semper. Placatusqꝫ est dñs: ne faceret malũ quod locutus fuerat aduersus populũ suum.

Et misertus est populo suo: dn̄s deus noster. Grad. Exurge dn̄e fer opē nobis et libera nos propter nomen tuū. ℣. Deus auribus nr̄is audiuimus patres nr̄i annūciauerūt nobis opus quod operatus es in diebus eorum et in dieb⁹ antiquis. ¶ Secundū iohannē. vii.

In illo tempore. Jam die festo mediante: ascendit iesus ī templū: et docebat. Et mirabantur iudei adinuicem dicentes. Quomodo hic litteras scit: cum nō didicerit? Respondit eis ies⁹ et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatē eius facere: cognoscet de doctrina vtrū de deo sit: an ego a me ipso loquor. Qui a semetipso loquitur: gloriā propriam querit. Qui autē querit gloriam eius qui misit illū: hic verax est: et iniusticia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem: ꝛ nemo ex vobis facit legem? Quid me q̄ritis interficere? Respōdit ei turba: ꝛ dixit ei. Demoniū habes. Quis te q̄rit iterficere? Respondit ies⁹ et dixit eis. Unū opus feci: et oēs admiramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionē: nō qꝛ ex moyse est: sed ex patribus: et ī sabbato circūciditis hominē. Si circūcisionē accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: michi indignamini: quia totū hominē sanū feci ī sabbato? Nolite iudicare secūdum faciem: sed iustū iudiciū iudicate. Dicebant ergo quidam ex hierosolimis. Nōne hic est quem querebant interficere? Ecce palā loquitur: ꝛ nichil ei dicunt. Nunqd vere cognouerunt principes quia hic est christus? Sed hunc scim⁹ vnde sit: christus autē cū venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus docens in templo: et dicens. Et me scitis: et vnde sim scitis. Et a meipso non veni: sed est ver⁹ qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eū. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eū: qꝛ ab ipso sum: et ipse me misit. Querebant ergo eū apprehēdere: sed nemo misit in illū manus: qꝛ nondū venerat hora ei⁹. De turba autem multi crediderūt in eū. Offer. Expectans expectaui dn̄m ꝛ respexit me: ꝛ exaudiuit depcationē meā: ꝛ imisit ī os meum cāticū nouū: hymnū deo nr̄o. Secr.

Hec hostia q̄s dn̄e emundet nostra delicta: et sacrificium celebrandū subditorum tibi corpora mentesqꝫ sanctificet. Per. Coio. Letabimur in salutari tuo: et in noīe dn̄i dei nostri magnificabimur. Postcōio.

Huius nos dn̄e perceptio sacramenti mundet a crimine et ad celestia regna pducat. Per dominū nr̄m. ¶ Super populum.

Miserere dn̄e populo tuo ꝛ cōtinuis tribulatiōibus laborantem: propicius respirare concede. Per. ¶ Feria quarta. Officiū.

Dum scificatus fuero ī vobis cōgregabo vos de vniuersis terris: et effundā sup vos aquā mūdā: ꝛ mūdabimini ab oīb⁹ iniquinamētis vr̄is: ꝛ dabo vobis spiritū nouum. ℗s. Benedicam dn̄m in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Orem⁹. Sine Dn̄s vobiscū. Or.

Deus qui ꝛ iustis premia meritorū ꝛ peccatoribus per ieiuniū veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio: indulgentiam valeat percibere delictorum. Per dn̄m nr̄m ie. ¶ Lectio ezechielis pphete. xxxvi.

Hec dicit dn̄s deus. Sāctificabo nomē meū magnum: vt sciāt gētes qꝛ ego dn̄s: cū sāctificatus fuero ī vobis corā eis. Tollā

quippe vos de gentibus: et congregabo vos de vniuersis terris: et educam vos in terrã vestram. Et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vr̃is: et ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum et spiritum nouũ ponam in medio vestri. Et auferã cor lapideum de carne vestra: et dabo vobis cor carneum et spiritũ meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis: et operemini. Et habitabitis in terra quã dedi patribus vestris: et eritis michi in populum: et ego ero vobis in in deũ. Dicit dñs: omnipotẽs. Gradale. Uenite filii audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non cõfundentur. Dominus vobiscum. Oratio.

Presta quesumus oĩpotens de⁹ vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoque deuotio sãcta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamus. Per dñm. Lectio ysaie pphete. i.

Hec dicit dñs deus. Lauamini mundi estote auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudicium subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs: omnipotens. Grad. Beata gens cuius est dñs deus eorum popul⁹ quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Uerbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Tractus.

Dñe non scdm. Scdm iohãnẽ. ix.

In illo tempore. Preteriẽs iesus: vidit hominẽ cecũ a natiuitate sua. Et interrogauerunt eũ discipuli eius. Rabbi: quis peccauit hic aut parentes eius vt cecus nasceretur? Respõdit iesus. Neque hic peccauit neque parentes eius: sed vt manifestẽtur opera dei i illo. Me oportet operari opera eius qui misit me: donec dies est. Uenit nox: quando nemo potest operari: quãdiu i mũdo sum: lux sum mũdi. Hec cum dixisset: expuit i terram: et fecit lutum ex sputo et liniuit lutum super oculos eius: et dixit ei. Uade et laua i natatoria syloe: qđ interpretatur missus. Abiit ergo et lauit: et venit videns. Itaque vicini et qui viderãt eũ prius quia mendicus erat: dicebãt. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alii dicebant quia hic est: alii autem nequaquam: sed similis eius est. Ille autẽ dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sũt tibi oculi? Respõdit. Ille homo qui dicitur iesus: lutum fecit et vnxit oculos meos: et dixit michi. Uade ad natatoriam syloe: et laua. Et abii et laui: et vidi. Dixerunt ergo ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos: qui cec⁹ fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit iesus: et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei: quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit michi super oculos: et laui et video. Dicebãt ergo ex phariseis quidam. Non est hic homo a deo qui sabbatum nõ custodit. Alii autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo: qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit.

Quia propheta est. Nō crediderūt ergo iudei de illo quia cecus fuisset et vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat. Et interrogauerunt eos: dicentes. Hic est fili⁹ vester quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nūc videt? Responderunt eis parentes eius: et dixerunt. Scimus quia hic est fili⁹ noster: et quia cecus nat⁹ est. Quomodo autem nunc videt nos nescimus: aut quis aperuit oculos eius nos nescimus. Ipsum interrogate. Etatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant iudeos. Jam enim conspirauerant iudei: vt si quis eum confiteretur christum: extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet: ipsū interrogate. Vocauerunt ergo rursū hominem qui fuerat cecus: ꝛ dixerunt ei. Da gloriā deo. Nos scimus: qꝛ hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est: nescio. Unū scio: quia cec⁹ cū essem modo video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oc[u]los? Rñdit eis Dixi vobis iam et audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: et dixerunt. Tu discipulus illi⁹ sis: nos autē moysi discipuli sumus. Nos scimus: quia moysi locutus est deus. Hunc autē nescimus vnde sit. Respōdit ille homo: ꝛ dixit eis. In hoc enim mirabile est qꝛ vos nescitis vnde sit: et aperuit meos oculos. Scim⁹ aūt quia peccatores de⁹ non audit. Sed si q̄s dei cultor est ꝛ volūtatem eius facit hūc exaudit. A seculo nō est auditū: qꝛ quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nō poterat facere q̄cq̄. Responderūt ꝛ dixerūt ei. In peccatis nat⁹ es totus: ꝛ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus quia eiecerūt eum foras: et cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respōdit ille: ꝛ dixit. Quis est dñe: vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et p[ro]cidēs: adorauit eū. Offertoriū. Benedicite gentes dñm deum nostrum: et obaudite vocem laudis ei⁹: qui posuit animā meam ad vitam et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs qui nō ammouit deprecationē meā: et misericordiam suam a me. Secreta.

Supplices te dñe rogamus: vt his sacrificiis peccata nostra mundētur quia tunc nobis verā tribuis: et mentis et corporis sanitatē. Per. Cōio. Lutū fecit ex sputo dñs et liniuit oculos meos et abii et laui et vidi et credidi deo. Postcōio.

Sacramēta que sumpsimus dñe deus noster: et spiritualibus nos repleant alimentis: ꝛ corporalib⁹ tueantur auxiliis. Per dominū nostrū. ¶ Super populum.

Pateant aures miē tue domine precibus supplicantium: ꝛ vt petentibus desiderata cōcedas: fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dominū nostrū iesum xp̄m.

¶ Feria quinta. Officium.

Letetur cor querentium dñm querite dñm ꝛ cōfirmamini: querite faciem eius semp[er]. P̄s. Cōfitemini dño ꝛ inuocate nomen eius: annūciate iter gētes opera eius. Oratio.

Presta q̄s domine vt salutaribus ieiuniis eruditi: a noxiis quoq[ue] viciis abstinentes: propiciationem tuam facilius impetremus. Per. ¶ Lec. lib. regū. iiii. iiii.

In diebus illis. Venit mulier sunamitis: ad heliseū p[ro]phetā in montē carmeli. Cūq[ue] vidisset eā

vir dei econtra: ait ad giezi puerum suũ. Ecce sunamitis illa venit: vade in occursum ei⁹: ꝛ dic ei. Recte ne agitur circa te: ꝛ circa virum tuũ: et circa filiũ tuum? Que respõdit. Recte. Cumqꝫ venisset ad virum dei in montẽ: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi: vt ammoueret eã. Et ait homo dei. Dimitte eam: anima enim eius ĩ amaritudine est: ꝛ dñs celauit a me: ꝛ non indicauit michi. Que dixit illi. Nunquid petiui filiũ a dño meo? Nũquid nõ dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculũ meum in manu tua ꝛ vade. Si occurrerit tibi homo nõ salutes eum: et si salutauerit te quispiam: non respondeas illi. Et pone baculũ meũ super faciẽ pueri. Porro mater pueri: ait. Viuit dñs ꝛ viuit aĩa tua: nõ dimittam te. Surrexit ergo: ꝛ secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos: et posuerat baculum sup faciem pueri: et nõ erat vox neqꝫ sensus. Reuersusqꝫ est giezi in occursũ eius ꝛ nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressusqꝫ est heliseus domum et ecce puer mortuus iacebat ĩ lectulo eius. Ingressusqꝫ clausit ostium super se et super puerum: et orauit ad dñm. Et ascendit et incubuit super puerũ: posuitqꝫ os suum super os ei⁹: ꝛ oculos suos sup oculos ei⁹: ꝛ manus suas super manus eius. Et incuruauit se sup puerũ: et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo semel: huc ꝛ illuc. Et ascẽdit et ĩcuruauit se sup eũ: ꝛ oscitauit puer septies: aperuitqꝫ oculos suos. At ille vocauit giezi: et dixit ei. Uoca sunamitẽ hanc. Que vocata ĩgressa est ad eũ. Qui ait. Tolle filiũ tuũ. Uenit illa et corruit ad pedes eius: et adorauit super terrã. Tulitqꝫ filium suum ꝛ egressa est. Heliseus vero reuers⁹ est in galgala. Grad. Respice dñe ĩ testamentũ tuũ et animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finẽ. V. Exurge dñe ꝛ iudica causã tuã: memor esto opprobrii seruorũ tuorũ. ¶ Scd'm iohannem. v.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorũ. Pater meus vsqꝫ modo operatur: ꝛ ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solũ soluebat sabbatum: sed ꝛ patrẽ suũ dicebat deum: equalẽ se faciẽs deo. Respõdit itaqꝫ ies⁹ ꝛ dixit eis. Amẽ amen dico vobis: non potest filius a seipso facere quicquam: nisi quod viderit patrem facientem. Quecunqꝫ enim ille fecerit: hec ꝛ filius similiter facit. Pater enim diligit filiũ: ꝛ omnia demonstrat ei que ipse facit. Et maiora his demonstrabit ei opera: vt et vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ enim pater iudicat quẽqꝫ sed iudicium omne dedit filio: vt omẽs honorificent filium: sicut honorificant patrem. Qui non honorificant filium: non honorificant patrem qui misit illũ. Amen amen dico vobis: quia qui verbũ meum audit et credit ei qui me misit: habet vitam eternã. Et ĩ iudiciũ nõ venit: sed trãsiet a morte in vitã. Amẽ amẽ dico vobis: qr venit hora ꝛ nũc est: qñ mortui audiẽt vocẽ filii dei: et qui audierint viuẽt. Sicut enim pater habet vitã in semetipso: sic dedit et filio vitam habere ĩ semetipso. Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: qr filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui ĩ monumentis sunt audiẽt vocẽ filii dei. Et procedẽt qui bona fecerũt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionẽ iudicii.

Offer. Dñe in auxiliũ meũ respice confundantur ꝛ reuereantur qui querũt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Purifica nos misericors de⁹: vt ecclesie tue p̃ces q̃ tibi grate sint pia munera deferẽtes: fiant expiatis mẽtibus gratiores. p. Cõio. Dñe memorabor iusticie tue soli⁹ de⁹ docuisti me a iuuẽtute mea et vsq̃ i senectã ꝛ seniũ deus ne derelinquas me. Postc.

Celestia dona capientib⁹ q̃s dñe nõ ad iudiciũ prouenire patiaris: qđ fidelibus tuis ad remediũ prouidisti. Per. ¶ Sup ppl'm.

Populi tui deus institutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: vt tibi semper placitus: ꝛ tuo munimine sit secur⁹. Per dñm nr̃m. ¶ Feria sexta. Officiũ.



Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: domine adiutor meus ꝛ redemptor meus. ps. Celi enarrãt gloriã dei: ꝛ opera manuũ eius annunciat firmamentum. Orõ.

Deus q̃ ineffabilib⁹ mundũ renouas sacramẽtis / presta q̃s: vt ecclesia tua ꝛ eternis pficiat institutis: ꝛ tpalib⁹ nõ destituatᷣ auxiliis. Per. ¶ Lectio libri regũ. xvii.

In diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilie et erat languor fortissim⁹ ita qđ nõ remaneret in eo alit⁹. Dixit ergo ad heliam. Quid michi et tibi vir dei: Ingress⁹ es ad me vt rememorarẽtur iniq̃tates mee: et iterficeres filiũ meũ. Et ait ad eã helias. Da michi filiũ tuũ. Tulitq̃ eũ de sinu illius: ꝛ portauit eum in cenaculũ vbi ipse manebat. Et posuit eũ super lectũ suũ: ꝛ clamauit ad dñm ꝛ dixit. Domine deus me⁹: etiãne viduã hanc apud quã ego vtcũq̃ sustẽtor afflixisti: vt iterficeres filiũ ei⁹: Et expãdit se atq̃ mensus est sup puerũ tribus vicibus: clamauitq̃ ad dñm ꝛ dixit. Dñe de⁹ meus: reuertatur obsecro anima pueri huius: in viscera eius. Exaudiuit autem dñs vocem helie: et reuersa est anima pueri itra eum: et reuixit. Tulitq̃ helias puerum et deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit illũ matri sue. Et ait illi. En viuit filiu⁹. Dixitq̃ mulier ad heliã. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei es tu: ꝛ verbum dei in ore tuo verũ est. Gradale. Bonum est confidere i domino q̃ confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in dño q̃ sperare in principibus. Tract⁹ Dñe nõ. ¶ S. iohãnẽ. xvi.

In illo tẽpore. Erat quidã lãguens lazar⁹ a bethania: de castello marie et marthe sororũ ei⁹. Maria aũt erat que vnxit dñm vnguẽto: et extersit pedes eius capillis suis: cui⁹ frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eũ: dicẽtes. Dñe: ecce quẽ amas ifirmatur. Audiens autem iesus: dixit eis. Infirmitas hec nõ est ad mortẽ: sed pro gloria dei vt glorificetᷣ filius dei per eã. Diligebat autem ies' marthã: ꝛ sororẽ eius mariã et lazarũ. Ut ergo audiuit q2 infirmabatur: tunc quidẽ mansit in eodẽ loco duob⁹ diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeã iterũ. Dicunt ei discipuli eius. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare: et iterũ vadis illuc. Respõdit iesus. Nõne duodecim hore sunt diei: Si quis aũt ambulat in die non offendit: q2 lucẽ huius mundi videt. Si quis autem ambulauerit i nocte offendit: quia lux nõ est in eo. Hec ait: et post hec dicit eis. Lazarus amic⁹ noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixerat autẽ iesus de mor

te eius. Illi aũt putauerũt: q̃ de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus ad condiscipulos. Eam⁹ et nos: et moriamur cum eo. Venit itaq; iesus: et inuenit eum quattuor dies iam i monumẽto habentem. Erat autẽ bethania iuxta hierosolimam: quasi stadiis quindecim. Multi autem ex iudeis venerãt ad marthã et mariã: vt cõsolarentur eas de fratre suo. Martha aũt vt audiuit q: iesus venit: occurrit ei. Maria aũt domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesũ. Dñe si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nũc scio: quia quecũq; poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget i resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit i me etiam si mortuus fuerit viuet. Et oĩs q̃ viuit et credit i me: nõ morietur ineternum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; domine. Ego credidi q: tu es christus filius dei: qui in hũc mũdũ venisti. Et cum hoc dixisset abiit et vocauit mariã sororẽ suã silẽtio dicẽs. Magister adest: et vocat te. Illa autẽ vt audiuit: surrexit cito: et venit ad eũ. Nondũ eni venerat iesus i castellũ: sed erat adhuc i illo loco: vbi occurrerat illi martha. Iudei ergo q̃ erãt cũ ea i domo et cõsolabãtur eam de fratre suo: cũ vidissent mariã q: cito surrexit et exiit: secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumẽtũ: vt ploret ibi. Maria ergo cũ venisset vbi erat iesus: vidẽs eũ cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Dñe si fuisses hic: non esset mortuus frater meus. Iesus ergo videns eam plorantẽ et iudeos qui venerãt cũ ea plorãtes: infremuit spũ: et turbauit semetipsũ et dixit. Vbi posuistis eũ? Dicunt ei. Dñe veni et vide. Et lachrimat⁹ est iesus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam aũt ex ipsis dixerũt. Nõ poterat hic qui aperuit oculos ceci nati: facere vt et hic nõ moreretur? Iesus autẽ rursũ fremens in semetipso: venit ad monumẽtũ. Erat aũt spelũca: et lapis superpositus erat ei: et ait ies⁹. Tollite lapidem. Dicit ei martha: soror eius q̃ mortuus fuerat. Dñe iam fetet: quatriduanus eni est. Dixit ei iesus. Nonne dixi tibi: qm̃ si credideris videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidẽ. Iesus aũt eleuatis sursũ oculis dixit. Pater: tibi gratias ago: qm̃ exaudisti me. Ego aũt sciebã: q: semper me audis. Sed ꝑpter populũ qui circũstat dixi: vt credãt q: tu me misisti. Hec cũ dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statim prodiit q̃ fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis: et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis ies⁹. Soluite eum: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariã et marthã: et viderant que fecit: crediderunt i eum.

Offertoriũ. Populũ humilẽ saluum facies dñe: et oculos superborum humiliabis qm̃ quis deus preter te dñe. Secreta.

Munera nos dñe q̃sum⁹ oblata purificẽt: et te nobis iugiter faciãt esse placatũ. Per dñm.

Cõio. Videns dñs flentes sorores lazari ad monumentũ: lachrimat⁹ est corã iudeis et clamabat lazare veni foras: et prodiit ligatis manibus et pedib⁹ qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcõio.

Hec nos q̃s dñe participatio sacramẽti: et a propriis reatibus indesinẽter expediat: et ab oĩb⁹

tueatur aduersis p. ¶ Sup pplm.

Da q̃s omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre conscii de tua virtute confidimus: sub tua semp protectione gaudeamus. Per dñm. ¶ Sabbato. Officium.



Sitientes venite ad aquas: dicit dñs: & qui non habetis precium venite bibite cum leticia. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Fiat q̃s dñe p gratiã tuam fructuos⁹ nr̃e deuotiõis affectus: q2 tũc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati Per. ¶ Lectio ysaye prophete. xx.

Hec dicit dñs. In tp̃e placito exaudiui te: & i die salutis auxiliat⁹ sũ tui. Et seruaui te & dedi in fedus ppl̃i: vt suscitares terrã: & possideres hereditates dissipatas. Ut diceres his q̃ vincti sũc exite: & his q̃ in tenebris sunt reuelamini. Super vias pascẽtur: & i oĩbus planis erũt pascua eorum. Nõ esuriẽt neq3 sitiẽt et nõ percutiet eos estus & sol: q2 miserator eorum reget eos: & ad fõtes aquarũ potabit eos. Et ponã oẽs montes meos i viã: & semite mee exaltabũtur. Ecce isti de lõge veniẽt: & ecce illi ab aquilone & mari: & isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra: iubilate montes laudẽ: q2 cõsolat⁹ est dñs pplm suũ: & pauperum suorum miserebitur. Et dixit syõ. Dereliquit me dñs: & dñs oblit⁹ est mei Nũquid obliuisci potest mulier infantẽ suum: vt nõ misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen nõ obliuiscar tui. Dicit dñs: omps. Gra. Tibi dñe derelict⁹ est pauper: pupillo tu eris adiutor. V. Ut quid dñe recessisti lõge: despicis i oportunitatib⁹ in tribulatiõe: dũ superbit impius incenditur pauper. ¶ S. matheũ. viii.

In illo tp̃e. Dicebat iesus turbis iudeorum. Ego sũ lux mũdi. Qui sequitur me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Dixerũt ergo ei pharisei. Tu de te ipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Respondit iesus: & dixit eis. Et si ego testimoniũ phibeo de meipso: verũ est testimoniũ meũ: q2 scio vnde veni et quo vado: vos aũt nescitis vnde veni aut quo vado. Uos secundũ carnem iudicatis: ego non iudico quẽq̃. Et si iudico ego iudiciũ meũ verũ est: q2 solus nõ sũ: sed ego & qui misit me pater. Et i lege vestra scriptũ est: q2 duorum hoim testimoniũ verũ est. Ego sũ q̃ testimoniũ phibeo de meipso: & testimoniũ perhibet de me q̃ misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respõdit iesus. Neq3 me scitis: neq3 patrem meũ. Si me sciretis: forsitã & patrem meũ sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio docens i templo. Et nemo apprehendit eũ: quia nondum venerat hora eius. De turba aũt: multi crediderũt in eũ. Offer. Factus est dñs firmamẽtũ meũ et refugium meũ et liberator meus sperabo in eũ. Secreta.

Oblationibus q̃s dñe placare susceptis: & ad te nr̃as etiã rebelles cõpelle ppici⁹ volũtates. p. Cõio. Dñs regit me & nichil michi deerit i loco pascue ibi me collocauit: super aquã refectionis educauit me. Postcõ.

Tua nos dñe q̃s purificent sancta: et opatiõe sua: te nobis faciant esse placatũ. p. Sup pplm.

Deus qui sperantibus in te misereri poti⁹ eligis quam irasci: da nobis digne flere mala q̃ fecimus: vt tue consolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominũ nr̃m. ¶ Dñica in passione.



Iudica me deus et discerne causam meã de gẽte nõ sãcta: ab hoĩe iniquo et doloso eripe me: quia tu es de⁹ me⁹ et fortitudo mea. ℣. Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã: ipa me deduxerũt et adduxerũt in mõtẽ sanctũ tuũ et in tabernacula tua. Nõ dr̃. Gloria patri. Post offiñ infra tp̄s passionis nisi qñ canitur de festis sanctoꝝ. Oro.

Quesumus oẽs deus familiam tuam ppicius respice: vt te largiente regatur in corpore: et te seruante custodiatur in mente. Per dñm. ¶ Ad hebreos nono.

Fratres: Christus assistens põtifex futuroꝝ bonoꝝ per amplius et pfectius tabernaculum nõ manufactũ: idest nõ hui⁹ creationis neqꝫ per sanguinẽ hircoꝝ aut vituloꝝ: sed p propriũ sãguinẽ itroiuit semel i sãcta eterna redẽptione inuẽta. Si eni sanguis hircorũ aut tauroꝝ: et cinis vitule aspsus inqnatos sãctificat ad emũdationẽ carnis: q̄to magis sanguis xp̄i q̄ per spiritũ sanctũ semetipsũ obtulit immaculatũ deo emũdabit cõscientiã nostrã ab operibus mortuis ad seruiendũ deo viuẽti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte itercedẽte in redẽptionẽ eaꝝ preuaricationũ q̄ erãt sub priori testamento: repromissionẽ accipiant qui vocati sunt: eterne hereditatis. In christo iesu: dño nr̃o. Gradal'. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere volũtatẽ tuã. ℣. Liberator meus dñe de gẽtib⁹ iracũdis ab insurgẽtibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractus

Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc israel sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etẽi nõ potuerũt michi supra dorsũ meũ fabricauerũt pctõres. ℣. Prolõgauerũt iniquitatẽ sibi dñs iust⁹ cõcidet ceruices peccatoꝝ. ¶ Sc̃dm iohannẽ. viii.

In illo tẽpore: Dicebat iesus turbis iudeoꝝ et principibus sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato: Si vitatẽ dico: quare vos nõ creditis michi: Qui est ex deo: v̄ba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderũt ergo iudei: et dixerũt ei. Nõne bene dicim⁹ nos quia samaritanus es tu: et demonium habes: Respõdit iesus. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ: et vos inhonorastis me. Ego nõ quero gloriã meã: est q̄ q̄rat et iudicet. Amẽ amẽ dico vobis: si q̄s sermonem meũ seruauerit mortẽ non videbit ieternũ. Dixerũt ergo ei iudei. Nũc cognouimus quia demoniũ habes. Abrahã mortuus est et pphete. Et tu dicis si quis sermonẽ meum seruabit: mortẽ nõ gustabit ineternum. Nũq̄d tu maior es patre nr̃o abrahã: q̄ mortuus est: Et pphete mortui sunt: Quẽ teipsũ facis: Respõdit iesus. Si ego glorifico meipsũ: glia mea nichil est. Est pr̃ meus q̄ glorificat me: quẽ vos dicitis q̄a de⁹ vester est: et nõ cognouistis eũ. Ego aũt noui eũ. Et si dixero quia nõ scio eum: ero similis vobis mẽdax. Sed scio eũ: et sermonẽ eius seruo. Abrahã pr̃ vester exultauit vt videret diẽ meũ: vidit et gauis⁹ est. Dixerunt ergo iudei ad eũ. Quinquaginta ãnos nondũ habes: et abrahã vidisti: Dixit ergo eis ies⁹. Amẽ amẽ dico vobis: ãteq̄ abrahã fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides: vt iacerent in eũ. Jesus autẽ abscõdit se: et exiuit de tẽplo. Offert. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo retribue seruo tuo viuã et custodiam sermões tuos viuifica me secundũ verbũ tuum dñe. Secreta.

Hec munera q̄s dñe et vincula nr̃e prauitatis absoluãt:

et tue nobis mie dona cōsiliēt. Per dñm. Prefatio. Qui salutē. Cōio. Hoc corpus qđ pro vobis tradetur: hic calix noui testamenti est in meo sangui ne dicit dñs: hoc facite quotienscunq sumitis i meā cōmemoratione. Postcōio

A Desto nobis dñe deus noster: et quos tuis misteriis recreasti: ppetuis defēde subsidiis. Per dñm. Feria scda. Officium



M Iserere michi dñe quoniā conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ps. Conculcauerūt me inimici mei tota die: qm multi bellantes aduersum me. Oratio.

S Anctifica q̄s dñe nostra ieiunia: ꝛ cunctarū nobis propicius indulgentiā largire culparū. Per do. Lectio ione prophete. iii

I N dieb⁹ illis. Factū est verbū dñi ad ionā ppheta secūdo: dicēs. Surge ꝛ vade i niniuē ciuitatē magnā: et pdica in ea pdicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas et abiit i niniuem: iuxta verbum dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierꝫ triū Et cepit ionas itroire i ciuitatē itinere diei vnius: ꝛ clamauit et dixit. Adhuc quadragita dies: ꝛ niniue subuertet. Et crediderūt viri niniuite dño: et pdicauerūt ieiuniū: ꝛ vestiti sunt saccis a maiori vsqꝫ ad minorē. Et peruenit verbū ad regē niniue: ꝛ surrexit de solio suo: et abiecit vestimentum suū a se et idutus est sacco: et sedit in cinere. Et clamauit ꝛ dixit i niniue: ex ore regis et pricipū ei⁹: dicēs. Homines et iumenta ꝛ boues ꝛ pecora non gustent quicq̄ nec pascātur: et aquā nō bibant. Et operiantur saccis hoies: et iumēta clamēt ad dñm in fortitudine. Et cōuertatur vir a via sua mala: et ab iiquitate que est in manibus eorꝫ. Quis scit si cōuertatur ꝛ ignoscat de⁹ et reuertatur a furore ire sue: et nō peribimus. Et vidit deus opera eorꝫ: qꝛ cōuersi sūt de via sua mala: et miser⁹ est populo suo: dñs deus noster. Gradale. Deus exaudi orationē meā: aurib⁹ percipe verba oris mei. V. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Secundū iohannem. vii.

I N illo tpe: Miserūt pricipes et pharisei ministros: vt apprehenderēt iesū. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū tēpus vobiscū sum: ꝛ vado ad eū q̄ me misit. Queretis me et nō inuenietis: et vbi ego sum: vos nō potestis venire. Dixerūt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic itur⁹ est: qꝛ nō iuenierm⁹ eū: Nūquid in dispersionē gētiū itur⁹ est: et docturus gētes: Quis est hic sermo quē dixit: queretis me et nō iuenietis: et vbi sū ego/ vos non potestis venire: In nouissimo autē die magno festiuitatis stabat ies⁹: ꝛ clamabat dicēs. Si q̄s sitit: veniat ad me ꝛ bibat. Qui credit i me sicut dicit scriptura: flumina de vētre eius fluent aq̄ viue. Hoc aūt dixit de spū quē accepturi erāt: credētes in eum. Offer. Dñe conuertere ꝛ eripe aiam meā saluū me fac ppter miam tuā. Secreta.

C Oncede nobis dñe deus noster: vt hec hostia salutaris et nostrorꝫ fiat purgatio delictorū: et tue propiciatio maiestatis. Per. Prefatio. Qui salutem. Cōio. Dñs virtutum ipse est rex glorie Postcōio.

S Acramēti tui q̄s dñe participatio salutaris: et purificationem nobis tribuat et medelam. Per dñm. Super populum.

D A quesum⁹ dñe populo tuo salutē mentis et corporis vt bonis operibus inherēdo: tua semper mereatur protectione defendi. Per dñm. Feria tertia. Officiū.



Xpecta dominū viriliť age et cōfortetur coꝛ tuum et sustine dominū. ps. Dn̄s illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Oratio.

Nostra tibi dn̄e q̄s sint accepta ieiunia: que nos ⁊ expiādo grā tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia perducāt eterna. Per dominum. ¶ Lectio daniel. pphete. xiiii

In diebꝰ illis: Cōgregati sūt babilonii ad regē: ⁊ dixerunt ei. Trade nobis danielem q̇ bel destruxit: ⁊ dꝛachonem interfecit. Alioquin iterficiemus te: et domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerent in eū vehemēter: ⁊ necessitate cōpulsus tradidit eis danielē. Qui miserūt eū in lacū leonū: ⁊ erat ibi sex diebꝰ. Porro in lacu erāt leones septē: ⁊ dabātur eis quotidie duo coꝛpoꝛa et due oues. Et tūc nō data sunt eis: vt deuoꝛarēt danielē. Erat aūt abacuch ppheta in iudea: ⁊ ipse coxerat pulmentū et intriuerat panes ī alueolo ⁊ ibat ī cāpū vt ferret messoꝛibꝰ. Dixitq̄ angelus dn̄i ad abacuch. Fer prādiū qd̄ habes ī babilonē danieli: q̇ est in lacu leonum. Et dixit abacuch. Dn̄e babilonē nō vidi: et lacū nescio. Et apprehendit eū angelus dn̄i in vertice eiꝰ / et poꝛtauit eum capillo capitis sui: posuitq̄ eū in babilonē sup lacū in ipetu spūs sui. Et clamauit abacuch: dicens. Daniel serue dei: tolle prandiū qd̄ misit tibi deꝰ. Et ait daniel. Recoꝛdatꝰ es mei dn̄e deus meus: et nō dereliq̄sti diligētes te. Surgēsq̄ daniel comedit. Porro āgelꝰ dn̄i restituit abacuch cōfestim in loco suo. Venit ergo rex die septima: vt lugeret danielē. Et venit ad lacū et itrospexit: et ecce daniel sedens in medio leonū. Exclamauit rex voce magna dicēs. Magnus est dn̄s deꝰ danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos aūt q̇ perditionis eiꝰ causa fuerāt intromisit ī lacum: ⁊ deuoꝛati sunt in momēto coram eo. Tūc rex ait. Paueant habitātes ī vniuersa terra deū danielis: q̄ ipe est saluatoꝛ et liberatoꝛ faciēs signa ⁊ mirabilia ī celo ⁊ ī trā. Qui liberauit danielē: de lacu leonum.

Grā. Discerne causā meā dn̄e ab hoīe iniquo ⁊ doloso eripe me. V. Emitte lucem tuā ⁊ v̄itatē tuā: ipa me deduxerūt ⁊ adduxerūt ī mōtē sctm̄ tuū. S. iohā. vii.

In illo tp̄e: Ambulabat iesus in galileā: nō enim volebat in iudeā ambulare: q̄ q̄rebāt eum iudei interficere. Erat autē in proximo dies festus iudeoꝛum: cenophegia. Dixerūt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et vade in iudeā: vt ⁊ discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facis: manifesta teipsū mundo. Neq̄ enim fratres eiꝰ credebant in eū. Dixit ergo eis iesus. Tēpus meū nondū aduenit: tēpꝰ autē vestrū: semper est paratū. Nō potest mūdus odisse vos. Me autē odit q̄ ego testimoniū perhibeo de illo: q̄ opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego non ascēdam ad diē festū istum: q̄ tēpus meū nondum impletum est. Hec cum dixisset: ipse māsit in galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius: tunc et ipse ascendit ad diem festum nō manifeste. Sed quasi ī occulto. Judei ergo querebāt eum in die festo: et dicebant. Vbi est ille? Et murmur multꝰ erat de eo in turba. Quidam enim dicebāt quia bonꝰ est: alii autē dicebant non / sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebať de illo: pp̄ter metū iudeoꝝ.

Offer. Sperēt in te oēs q̇ nouerunt nomen tuū dn̄e qm̄ nō dereliquis q̄rētes te

psallite dño q habitat in syon qm̃ non est oblitus orationem pauperis. Secreta.

H Ostias tibi domine deferim⁹ immolãtes: que temporali consolatione nos letificent: vt promissa certius speremus eterna. Per dñm. Cõio. Redime me deus israel ex omnibus angustiis meis. Postcõio.

D A q̃s oẽs deus/ vt q̃ diuina sunt iugiter exequentes: donis mereamur celestib⁹ propinquare. Per. Super populũ. Oratio.

D A nobis q̃s dñe pseuerantẽ i tua volũtate famulatũ: vt in dieb⁹ nostris ⁊ merito ⁊ numero plebs tibi seruiens augeat. Per dominum. Feria quarta. Officiũ.



Iberator me⁹ de gentibus iracũdis ab isurgẽtib⁹ i me exaltabis me/ a viro iiquo eripies me dñe. ps. Diligam te dñe fortitudo mea dñs firmamentum meum et refugiũ meum et liberator meus. Oratio.

S Anctificato hoc ieiunio de⁹ tuorum corda fidelium miserator illustra: ⁊ qb⁹ deuotiõis prestas affectũ: pbe supplicãtibus piũ benignus auditũ. Per. Lect. li. leuit. xix.

I N dieb⁹ illis Locut⁹ est dñs ad moysen dicẽs. Ego dñs deus vester. Nõ facietis furtũ: non mẽtiemini: nec decipiat vnusq̃sq3 p ximũ suũ. Nõ piurabis i noĩe meo nec pollues nomẽ dei tui: ego dñs. Nõ facies calũniã ꝓximo tuo; nec vi opprimes eũ. Non morabit op⁹ mercenarii tui apud te: vsq3 mane. Nõ maledices surdo: nec corã ceco pones offẽdiculũ. Sz timebis dñm deum tuũ: qr ego sum dñs. Non facies qđ iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nõ consideres personã pauperis: nec honores vultũ potẽtis. Juste iudica: proximo tuo. Nõ eris criminator et susurro i populis. Non stabis cõtra sanguinẽ proximi tui: ego dñs. Non oderis fratrẽ tuũ in corde tuo / sed publice argue eũ: ne habeas super illo peccatũ. Nõ queras vltionẽ: nec memor eris iniurie ciuiũ tuorum. Diliges amicũ tuum: sicut teipsũ. Ego dñs: leges meas custodite. Ego enĩ sũ: dñs de⁹ vester. Gra. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti iimicos meos sup me. ỹ. Dñe de⁹ me⁹ clamaui ad te ⁊ sanasti me dñe abstraxisti ab iferis aĩam meã saluasti me a descẽdẽtib⁹ i lacũ. S. ioh̃ã. x.

I N illo tpe: Facta sunt ẽcenia i hierosolimis: ⁊ hyems erat Et ambulabat iesus i tẽplo: in porticu salomonis. Circũdederunt ergo eũ iudei: ⁊ dicebant ei. Quousq3 animã nostrã tollis? Si tu es xp̃s: dic nobis palã? Respõdit eis iesus. Loquor vobis: ⁊ nõ creditis. Opera que ego facio in noĩe patris mei: hec testimonium perhibent de me. Sed vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocẽ meam audiũt: ⁊ ego cognosco eas ⁊ sequũtur me. Et ego vitã eternã do eis et non peribunt ineternũ: et nõ rapiet eas q̃sq̃ de manu mea. Pater me⁹ qđ dedit michi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pat: vnũ sumus. Sustulerũt lapides iudei: vt lapidarẽt eũ. Respondit eis ies⁹. Multa bona opera ostẽdi vobis ex patre meo: propter qđ eorum opus me lapidatis? Respõderũt ei iudei. De bono opere nõ lapidam⁹ te: sed de blasphemia Et qr tu homo cum sis: facis teipsum deum. Respondit eis iesus. Nõne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dii estis. Si ergo illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: et nõ potest solui scriptura: quem pater sanctificauit et misit in mundum vos dicitis quia

blasphemas qꝛ dixi filius dei sũ. Si nõ facio opa patris mei: nolite credere michi. Si autẽ facio: ⁊ si michi nõ vultis credere operibus credite. Ut cognoscatis ⁊ credatis: qꝛ in me est pater: ⁊ ego ĩ patre. Offer. Eripe me de ĩimicis meis deus meꝰ: et ab insurgentibus ĩ me libera me dñe. Secreta.

Annue misericoꝛs deus: vt hostias placationis et laudis: sincero tibi deferamꝰ obsequio Per. Cõio. Lauabo iter inocentes manꝰ meas: et circuibo altare tuum dñe: vt audiam vocem laudis tue et enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Postcõmunio.

Celestis doni bñdictione pcepta: supplices te deꝰ oñs deꝑcamur: vt hoc idẽ nobꝫ ⁊ sacramẽti causa sit ⁊ salutis. p. Sup pplm.

Adesto supplicatiõibus nostris oĩpotens deꝰ ⁊ quibus fiduciam sperãde pietatis indulges consuete mĩe tribue benignus effectũ. Per dñ. ¶ Feria quinta. Offm.

Omnia que fecisti nobis dñe: in vero iudicio fecisti: qꝛ peccauimꝰ tibi: et mãdatis tuis nõ obediuimꝰ sed da gloꝛiã noĩ tuo ⁊ fac nobiscũ secundũ multitudinẽ mĩe tue ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: ĩ ciuitate dei nr̃i in monte sctõ eius. Oꝛ.

Presta q̃s omps deus vt dignitas conditionis humane per inmoderantiã sauciata medicinalis parsimonie studio refoꝛmetur. Per. ¶ Le. daniel. pphet. r.

In dieb9 illis. Oꝛauit daniel dicẽs. Dñe deus ne despicias populũ tuum: neqꝫ auferas mĩam tuã a nobis. Propter abꝛaham dilectũ tuũ: ⁊ ysaac seruum tuũ ⁊ israel sanctũ tuũ: quibus locutꝰ es pollicẽs q multiplicares semen eoꝝ sicut stellas celi: ⁊ sicut arenã que est ĩ littoꝛe marꝫ. Qꝛ dñe iminuti sumꝰ plusq̃ oẽs gentes: sumusqꝫ humiles ĩ vniuersa terra hodie ppter peccata nr̃a. Et nõ est in tpe hoc ppheta ⁊ princeps et dux neqꝫ olocaustũ neqꝫ sacrificiũ neqꝫ oblatio: neqꝫ incẽsũ: neqꝫ locus pꝛimitiarũ coꝛã te: vt possimꝰ inuenire mĩam tuã. Sꝫ in animo cõtritio et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in olocaustũ arietũ ⁊ tauroꝝ et sicuti ĩ millibꝰ agnoꝝ pinguiũ: sic fiat sacrificium nr̃m in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi qꝛ nõ est confusio cõfidentibus in te. Et nunc sequimur ĩ toto coꝛde ⁊ timemus te: ⁊ querimꝰ faciẽ tuã ne cõfundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinẽ tuã: et secũdũ multitudinẽ mĩe tue. Et erue nos in mirabilibꝰ tuis: et da gloꝛiã noĩ tuo dñe. Et cõfundãtur oẽs qui ostẽdunt seruis tuis mala. Cõfundantur in oĩpotentia tua: et robur eoꝝ conteratur. Et sciãt quia tu es dñs deus solus: et gloꝛiosus super oẽm terram: dñe deus noster. Gra. Tollite hostias et introite in atria eius: adoꝛate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dñs condensa ⁊ in tẽplo eius oẽs dicent gloꝛiã. ¶ Scdm iohãnẽ vii.

In illo tẽpoꝛe. Cum audissẽt quidã de turba sermones iesu: dicebant. Hic est vere pꝛopheta. Alii dicebãt hic est xp̃s. Quidã aũt dicebant. Nunqd a galilea xp̃s venit? Nõne scriptura dicit: qꝛ ex semine dauid: ⁊ de bethleem castello vbi fuerat dauid xp̃s venit? Dissẽsio itaqꝫ facta est ĩ turba pꝛopter eũ. Quidã aũt ex ipsis volebant appꝛehendere eum: sed nemo misit in illũ manus. Venerũt ergo ministri: ad põtifices et phariseos. Quibus illi dixerũt. Quare non adduxistis eum? Respõderũt ministri. Nunq̃ sic locutꝰ est hõ: sicut hic loquitur. Rñderũt ergo pharisei. Nũquid ⁊ vos se

ducti estis? Nunquid aliquid ex princi-
pib⁹ aut ex phariseis credidit in eum?
Sed turba hec que nō nouit legē ma-
ledicti sunt. Dixit nichodem⁹ ad eos
ille qui venerat ad iesum nocte: qui vnus
erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat
hominē nisi audierit ab ipso prius:
et cognouerit quid faciat? Respōde
runt et dixerūt ei. Nunquid et tu ga-
lileus es? Scrutare scripturas et vi-
de quia propheta a galilea nō surgit.
Et reuersi sunt vnusquisque: in do-
mū suam. Offert. Super flumina ba
bilonis illic sedimus et fleuimus dum re
cordaremur tui syon. Secreta.

Domine deus noster: qui in
his potius creaturis quas
ad fragilitatis nostre subsidiū cōdidi-
sti: tuo quoque noī munera iussisti di
cāda constitui: tribue quesumus: vt et vite no-
bis presētis auxilium: et eternitatis
efficiant sacramētū. Per do. Cōio.
Memento verbi tui seruo tuo domine: i
quo michi spem dedisti hec me consolata
est in humilitate mea. Postcōio.

Quod ore sūpsimus dñe pu-
ra mente capiam⁹ et de mu-
nere tēporali fiat nobis remedium
sempiternum. Per. ¶ Sup ppłm.

Esto quesumus dñe propicius plebi
tue: vt que tibi non placēt re
spuens: tuorū potius repleatur dele
ctationibus mandatorum. Per dñm
nostrū. ¶ Feria sexta. Officium.

Miserere michi dñe quo-
niā tribulor: libera me et
eripe me de manib⁹ ini-
micorum meorū: et a perse-
quētib⁹ me dñe non cōfundar quoniam
inuocaui te. ps. In te domine speraui:
non confundar in eternum. Oratio.

Cordibus nostris dñe gratiam
tuā benignus infunde: vt pec
cata nostra castigatiōe volūtaria cohi
bentes: temporaliter potius maceremur
quam suppliciis deputemur eternis. P.

¶ Lectio hieremie prophete. xvii.

In dieb⁹ illis. Dixit hieremi-
as. Dñe oēs qui te dereliqu
runt: confundentur. Recedētes a te
in terra scribētur: quoniam dereliquerūt
venā aquarū viuentium dñm. Sa
na me dñe et sanabor: saluū me fac
et salu⁹ ero: quoniam laus mea tu es. Ec
ce ipsi dicūt ad me. Ubi est verbum
dñi? Ueniat. Et ego non sū turba-
tus te pastorē sequens: et diem hois
non desideraui tu scis. Nō egressū
est de labiis meis: rectū in cōspectu
tuo fuit. Nō sis michi tu formidini:
spes mea tu in die afflictionis. Con
fundantur qui persequuntur me: et
non confundar ego. Paueant illi:
et nō paueam ego. Induc super eos
diē afflictionis et duplici contritio-
ne cōtere eos: dñe deus noster. Gra
dale. Pacifice loquebantur michi inimi
ci mei et in ira molesti erāt michi. V. Ui-
disti domine deus meus ne sileas ne di-
scedas a me. ¶ Secūdū iohannē. xi.

In illo tempore. Collegerūt
pontifices et pharisei consiliū
aduersus iesū et dicebant. Quid fa-
cimus quia hic homo multa signa
facit. Si dimittimus eū sic: omnes
credent i eum. Et venient romani:
et tollent nostrū locū et gentē. Un⁹
autem ex ipsis cayphas nomine cū
esset pōtifex anni illi⁹ dixit eis. Uos
nescitis quicquam nec cogitatis: quia expe
dit vobis vt vn⁹ moriatur hō pro
populo: et nō tota gens pereat. Hoc
autem a semetipso nō dixit: sed cum
esset pontifex anni illius propheta-
uit: quia iesus moriturus erat pro gen
te. Et non tantum pro gente: sed vt
filios dei qui erant dispersi congre-
garet in vnum. Ab illo ergo die co-
gitauerunt interficere eum. Jesus
ergo iā non palā ambulabat apud
iudeos: sed abiit in regionem iux-
ta desertum: in ciuitatē que dicitur

effrem. Et ibi morabatur: cū discipulis suis. Offerto Benedict⁹ es dñe doce me iustificationes tuas: et non tradas calūniātib⁹ me superbis: ⁊ respōdebo exprobrātib⁹ michi verbū. Secreta.

Presta nobis misericors de⁹ vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur: ⁊ eoꝝ ppetua participatione saluari. Per. Cōio. Ne tradideris me dñe i aīas persequentiū me: qꝛ insurrexerunt in me testes iniqui ⁊ mentita est iniquitas sibi. Postc.

Sumpti sacrificii domine ppetua nos tuitio non relinquat: et noxia semper a nobis cūcta depellat. Per dñm. ¶ Sup pplm.

Concede q̄s oīps de⁹: vt qui protectionis tue gratiā querim⁹: liberati a malis oīb⁹: secura tibi mēte seruiamus. p. ¶ Sabbato. Offiū. Miserere michi do. vt s. or.

Proficiat q̄sumus dñe plebs tibi dicata pie deuotiōis affectu: vt sacris actionibus erudita: quāto maiestati tue fit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per dñm. ¶ Le. hieremie pphe. xviii.

In diebus illis. Dixerunt impii iudei adinuicē. Uenite cogitemus cōtra iustū: cogitationes. Nō enim peribit lex a sacerdote: neqꝫ consilium a sapiente: nec sermo a propheta. Uenite et percutiam⁹ eū lingua: et non attēdamus ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me: et audi voces aduersarioꝝ meoꝝ. Nunqd redditur pro bono malū: quia foderūt foueā aīe mee. Recordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonū: et auerterem indignationē tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et deduc eos in manu gladii. Fiāt vxores eorum absqꝫ liberis et vidue: et viri earum interficiantur morte. Iuuenes eoꝝ confodiantur gladio i prelio: audiatur clamor de domibus eoꝝ. Adduces sup eos latronē repente: qꝛ foderunt foueā vt caperēt me: ⁊ laqueos absconderūt pedibus meis. Tu aūt dñe: scis oē cōsiliū eoꝝ aduersū me i mortē. Ne propicieris iniqtati eoꝝ: et peccatū eoꝝ a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui domine deus me⁹. Grad. Pacifice loquebantur. ꝟ. Uidisti dñe. ¶ Secundū iohannē. vi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amē amē dico vobis: nisi mēducaueritis carnem filii hoīs ⁊ biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitam in vobis. Qui mādūcat meā carnē et bibit meum sanguinē: habet vitā eternam. Et ego resuscitabo eū: i nouissimo die. Caro mea vere est cibus: et sāguis me⁹ vere est potus. Qui manducat meā carnē et bibit meū sāguinē: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuēs pat: ⁊ ego viuo ppter patrē. Et q̄ mādūcat me: ipse viuet ppter me. Hic est panis q̄ de celo descēdit. Nō sicut mādūcauerūt patres vestri māna i deserto: ⁊ mortui sūt. Qui mādūcat hūc panē: viuet i eternū. Hec dixit i synagoga: docēs sabbato i capharnaū. Multi ergo audiētes ex discipulis ei⁹: dixerūt. Durus est hic sermo. Et quis potest eū audire? Cognouit autē iesus apud semetipsū qꝛ murmurarent de hoc discipuli ei⁹: ⁊ dixit eis. Hoc vos scādalizat. Cū ergo videritis filiū hominis ascēdentē vbi erat pri⁹. Spiritus est qui viuificat nam caro nichil prodest. Uerba que ego locut⁹ sum vobis: spiritus ⁊ vita sūt. Sed sunt quidam ex vobis: qui non credūt. Sciebat enī ab initio iesus: qui essēt credētes: et q̄s traditurus esset eum et dicebat. Propterea dixi vo-

bis quia nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc ergo multi discipulorum ei⁹ abierunt retro: et amplius cum illo non ambulabāt. Dixit ergo ies⁹ ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire? Respondit ergo ei symon petr⁹ Dñe ad quem ibimus? Verba vite eterne habes. Et nos credim⁹ & cognouimus: quia tu es christus fili⁹ dei. Respondit ei iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis dyabolus est? Dicebat enim de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eum: cū esset vnus ex duodecim. Offertorium. Recordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Secreta.

Presta q̄s omnipotens de⁹: vt ieiuniorum placatus sacrificiis indulgentie nos munere p sequaris. Per dñz nr̄m iesū. Cōio. Ne tradideris me. Postcommunio.

Diuini muneris satiati largitate q̄s dñe de⁹ noster vt huius semper participatione viuamus. Per dñm. Sup populum.

Tueatur q̄s dñe dextera tua populum tuū deprecantē: et purificatū dignanter erudiat: vt consolatione presenti foueatur & ad futura bona pficiat. Per. Do. in ramispalmar. Post t'ciā fiat aqua bñdicta. et aspergatur ab ebdomadario. Post aspersionē & orōnē magister scolariū non in suppellicio legat i medio ante grad⁹ altaris ppe chor ad aquilonē ꝯuersus lectionē premisso titulo. Lec. li. exodi. xv.

In diebus illis. Venerūt filii israel in helym vbi erāt duodecim fontes aquarū et septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aquas. Profectiq; sunt de helym: & venit oīs multitudo filior israel in desertum syn: quod est iter helym et synay quintodecimo die mēsis secūdi: postq̄ egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit omnis cōgregatio filiorum israel cōtra moysen et aaron: in solitudine. Dixeruntq; ad eos filii israel. Utinam mortui essemus per manum dñi in terra egypti: q̄n sedebamus super ollas carniū: & comedebamus panes i saturitate. Cur induxistis nos i desertum istud: vt occideretis omnē multitudinē fame. Dixit aūt dñs ad moysen. Ecce ego pluā vobis panē de celo: egrediatur popul⁹ & colligat que sufficiunt p singulos dies: vt tēptē eū vtrū ambulet i lege mea: an nō. Die aūt sexto parēt quod inferāt: et sit dupliū q̄ colligere solebāt per singulos dies. Dixeruntq; moyses et aarō: ad oēs filios isrl. Vespere scietis quod dñs eduxerit vos de terra egypti: & mane videbitꝭ gloriā dñi. Audiuit ei murmur vr̄m ꝯtra dñm Nos vero q̄d sum⁹ q̄ mussitatꝭ cōtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dñs vespere carnes edere: et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmurationes vestras quibus murmurastis ꝯtra eū. Nos enī q̄d sumus? Nec cōtra nos est murmur vr̄m: sed contra dñm. Dixitq; moyses ad aarō. Dic vniuerse congregatiōi filiorū israel. Accedite corā dño: audiuit enī murmur vr̄m. Cūq; loqueret aarō ad oēm cetū filior israel: respexerūt ad solitudinē: et ecce gloria dñi apparuit in nube. Deide diacon⁹ accepta bñdictiōe a plato in eo loco quo legebat lectō: legat euāge. Scdm iohannē. xii.

In illo tempore. Turba multa que conuenerant ad diem festum cum audissent quia venit iesus hierosolimam: acceperunt ramos palmarum & processerunt ob-

uiam ei: et clamabant. Osanna: bñ
dictus qui venit in noie dñi: rex isra
el. Et inuenit iesus asellũ: ꝛ sedit su-
per eũ sicut scriptũ est. Noli timere
filia syon: ecce rex tuus venit tibi se-
dens super pullũ asine. Hec non co-
gnouerũt discipuli eius primũ: sed
quãdo glorificatus est iesus: tũc re-
cordati sũt qꝛ hec erãt scripta de eo ꝛ
et hec fecerunt ei. Testimoniũ ergo
perhibebat turba que erat cũ eo: qñ
lazarũ vocauit de monumento: et
suscitauit eũ a mortuis. Propterea
et obuiã venit ei turba: qꝛ audierãt
eũ fecisse hoc signũ. Pharisei ergo
dixerunt ad semetipsos. Uidetis qꝛ
nichil pficimus. Ecce mũdus totꝰ:
post eũ abiit. ¶ Lecto qꝫ euangelio
textum prelato apertũ deferatur ad
osculandũ: canonico vero si prela-
tus non affuerit librum euangelii.
Postea benedicentur palme a prela
to in loco vbi lectio ꝛ euangelium le
gebãtur: hoc modo. Dñs vobiscũ.
Et cũ spiritu tuo. Oremꝰ. Oratio.

Deus cuius filius pro salute
generis humani de celo de-
scendit ad terras: et appropinquan
te hora passionis sue hierosolimam
in asino sedẽs venire: et a turbis rex
appellari ac laudari voluit benedi-
ce ✠ re dignare hos palmarum ce-
terarũqꝫ arborum ramos: vt om-
nes qui eos laturi sũt ita benedi ✠
ctionis tue dono repleantur: quati-
nus et in hoc seculo hostis antiqui
tentamẽta superare: et in futuro cũ
palma victorie et fructu bonorum
operum tibi valeant apparere. Per
eundem christũ. Oremus. Oratio.

Omnipotens deus mũdi crea
tor et redẽptor: qui nostre sal-
uationis gratia ex sũma celi arce de
scendere carnem sumere et passionẽ
subire dignatus es: quiqꝫ cũ ad sa-
lutarẽ redẽptionis nostre victimã
properabas a turbis cũ ramis pal-
marũ obuiantibus bñdici laudari
et rex bñdictus in noie dñi appellari
clara voce voluisti: tu dñe cõfessio-
nis nostre laudationẽ dignãter su-
scipe: ꝛ hos palmarũ atqꝫ florũ ra-
mos: bñ ✠ dicere et sanctifi ✠ care
digneris vt quicũqꝫ in tue deuotio
nis obsequio exinde gestauerit: cele
sti bñdictione sanctificatus salutẽ ꝛ
sanitatẽ: pctõrũqꝫ remissionẽ: ac vi
te eterne premia ꝯsequi mereatur: te
annuẽte. Qui viuis ꝛ reg. ¶ Dein
de aspergãtur aqua benedicta ꝛ po
stea thurificentur: et in distributio-
ne palmarum cantentur he. antip.

Pueri hebreorũ tollentes ramos
oliuarum: obuiauerunt dño cla
mantes ꝛ dicẽtes osanna in excelsis. Añ.

Pueri hebreorum vestimẽta pro
sternebant in via ꝛ clamabãt di
centes. Osanna filio dauid: benedictus
qui venit in nomine domini.

Osanna filio dauid: benedictus
qui venit i nomine dñi rex israel
osanna in excelsis. ¶ Post distributio
nẽ palmarũ dicat prelatꝰ versũ. Ex
ore infãtiũ deꝰ ꝛ lactẽtiũ perfecisti laudẽ
propter inimicos tuos. Oremꝰ. Orõ.

Omnipotens sẽpiterne deus qui do-
minũ nostrũ iesũ christũ die
azimorũ sup pullum asine sedere vo
luisti: ac pueros hebreorũ vestimen
ta vel ramos oliuarũ in via sterne-
re ꝛ i laudẽ ipsiꝰ osanna filio dauid
decãtare docuisti: da qs: vt innocen-
tiũ laudẽ in tẽplo clamantiũ ꝛ eorũ
merita in celestibus cõsequi merea-
mur. Per eũdẽ xp̃m. ¶ In ingressu
pcessionis. Sicqꝫ incepta añ. sequẽ
ti a precẽtore pcedat pcessio vsqꝫ tẽ
toriũ. Añ. Ante sex dies solẽnitatis pas
che quando venit dñs in ciuitatẽ hieru-
salem occurrerunt ei pueri et in manibꝰ
portabant ramos palmarũ: et clamabãt
voce magna dicentes osanna in excelsis

benedictus qui venisti i multitudine mi sericordie: osanna in excelsis. Añ. Prima die azimorũ accesserũt discipuli ad iesum dicentes: vbi vis paremus tibi comedere pascha: at iesus dixit eis: ite in ciuitatẽ ad quedã et dicite ei: magister dicit tẽpus meũ prope est: apud te facio pascha cũ discipulis meis: et fecerũt discipuli sicut preceperat eis dñs et parauerunt pascha. R. Dñs iesus. R. Cogitauerũt. R. Cum audisset turba. Añ. Cũ audisset populus qr iesus venit hierosolimam acceperũt ramos palmarũ et exierũt ei obuiã et clamabant pueri dicẽtes. Hic est salus nostra redẽptio israel: quãtus est iste cui throni et dñatiões occurrunt: noli timere filia syõ: ecce rex tu9 venit tibi sedẽs sup pullũ asine sicut scriptũ est: salue rex fabricator mũdi qui venisti redimere nos.

¶ Deinde cũ ãte tẽtoriũ pces. ordinata fuerit diaconus accepta bñdictiõe a prelato cũ pbr̃o. et subdiacono et crucifero et ceroferariis i medio stãs: legat euãge. ¶ Sec. math. xxi. In illo tpe. Cũ appropinquasset iesus hierosolimis et venisset bethphage ad montẽ oliueti: tũc misit duos discipulos suos dicẽs. Ite in castel. ¶ Et cetera vt i. i. do. aduẽ. dñi. Et postea sacerdos flexis genib9 dicat ter. Dignus es dñe deus noster accipere gloriam et honorem. Adorãs corpus xp̃i qđ tenet presbiter in tẽtorio et similiter chorus adoret ter dicẽs. Dignus es dñe de9 noster accipere gloriã et honorẽ. Et cetera. Tũc redeat sacer. cũ corpe dñi et ministri ei9 i ecclesiã: p eandẽ viã p quã venerũt. Interi fiat sermo. Deinde finito sermone: et cãtore icipiẽte. ã. Cũ appropinquaret dñs hierosolimã: misit duos ex discipulis suis dicens: ite in ca. Progrediatur processio circa ecclesiã cãtãdo. ã.

Cum appropinquaret dñs hierosolimã misit duos ex discipulis suis dicens: ite i castellum quod contra vos est: et inuenietis pullũ asine alligatũ super quẽ nullus hominũ sedit: soluite et adducite michi: si quis vos interrogauerit: dicite: op9 domini est: soluentes adduxerunt ad iesum: et imposuerũt illi vestimenta: et sedit super eũ: alii prosternebant vestimenta sua in via alii ramos de arboribus exsternebant: et qui sequebantur clamabãt: osanna bñdictus q̃ venit in noie dñi: benedictũ regnũ patris dauid nostri: osanna in excelsis: miserere nobis fili dauid. ¶ Percantata vero añ. addantur Ria. R. Dñs iesus. R. Cogitauerunt. R. Cũ audisset. Et alia Ria. si opus fuerit. Cũ aũt ad portas vrbis vel ostiũ occidẽtalis ecclesie peruentum fuerit: ibi ordinata processione. incipiat cantor. R. Collegerunt pontifices et pharisei consilium et dicebant: quid faciemus quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eũ sic: omnes credẽt in eum et forte venient romani: et tollent nostrũ locũ et gentem. ¶ Tres vicarii dicant versu. Unus autẽ ex ipsis cayphas noie: cũ esset põtifex anni illi9 prophetauit dicens: expedit vobis vt vn9 moriatur hõ pro populo et nõ tota gens pereat: ab illo ergo die cogitauerũt iterficere eum dicentes. Si dimittim9 eũ sic: oẽs credẽt i eũ: et forte veniẽt romani: et tollẽt locũ nr̃m et gẽtem. ¶ Finito regressu. pueri in altũ supra ostium ecclesie canant versum. Gloria laus et honor tibi sit rex christe redemptor: cui puerile dec9 prompsit osanna pium. Chorus cũ genuflexiõe dicat. Gloria laus et honor tibi sit. Pueri. Israel es tu rex dauidis et iclita proles: nomine qui in dñi rex benedicte venis. Chorus. Gloria laus. Pueri. Cet9 in excelsis te laudat celitus oĩs et mortalis homo: et cuncta creata simul. Chorus. Gloria laus. Pueri. Plebs hebrea tibi cum palmis obuiam venit cum prece voto hymnis assumus ecce tibi. Chorus. Gloria laus et honor tibi sit. Pueri tem

cipiant. Gloria laus et honor tibi sit rex xpe redeptor: cui puerile dec⁹ prompsit osanna piũ. et chor⁹ stãdo finiat. Del de itroeat pcessio cãtore incipiẽ. R. Ingrediẽte dño i sãctã ciuitatẽ hebreor pueri resurrectionẽ vite pnũciãtes. Cũ ramispalmar osanna clamabãt in excelsis. V. Cũ audisset popul⁹ qr iesus venit hierosolimã: exierunt obuiã ei. Cum ramispalmar. In ingressu pcessionis prelat⁹ ter flexis genib⁹ ãte crucem discoopertã. Adoret dicẽs cantãdo. Aue rex nr. Et chor⁹ idẽ repetat. ãti.

Aue rex noster fili dauid redemptor mũdi: quẽ pphete predicauerũt saluatorẽ domui israel esse venturũ te eni ad salutarẽ victimã pater misit in mundũ: quẽ expectabãt oẽs sancti ab origine mũdi et nũc osanna filio dauid: benedictus q̃ venit in noie dñi: osanna i excelsis. Postea dũo quattuor vel sex vicarii i pulpito icipiant. R. Circundederũt me. V. Qm tribulatio. Reicepto ab eisdẽ. R. itret pcessio i chor et sequatur vsicu. sacerdotalis. Bñdict⁹ q̃ venit in noie dñi. R. Osanna i excelsis. Or. Omnipotẽs sẽpiterne de⁹ qui hũano generi. ¶ Dominica in ramis palmarum. Ad missam. Officium



Domine ne longe facias auxiliũ tuum a me ad defẽsionẽ meã aspice: libera me de ore leonis et a cornib⁹ vnicorniũ humilitatẽ meã. ps. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. Oratio.

Omnps sempiterne deus q̃ humano generi ad imitãdum humilitatis exemplũ saluatorẽ nostrũ carnẽ sumere et crucẽ subire fecisti: cõcede propicius: vt et patiẽtie ipsius habere documẽta et resurrectionis cõsortia mereamur. Per eundem. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli Ad philippẽses. ii.

Fratres hoc sentite i vobis: quod et in xpo iesu. Qui cũ i forma dei esset / non rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiẽs. In similitudinẽ hoim fact⁹ et habitu inuent⁹ vt homo. Humiliauit semetipsum fact⁹ obediẽs vsq ad mortẽ mortẽ autẽ crucis. Propter qđ et deus exaltauit illũ et donauit illi nomen qđ est sup omne nomẽ: vt i nomine iesu omne genu flectat celestium terrestriũ et infernor. Et omnis lingua cõfiteatur: qr dñs iesus xps i gloria est dei patris. Grad. Tenuisti manũ dexterã meã: et in volũtate tua deduxisti me et cũ gloria assũpsisti me. V. Quã bonus israel deus rectis corde: mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei: qr zelaui i peccatorib⁹ pacem peccatorum videns. Tractus.

Domine deus me⁹ respice in me quare me dereliquisti. V⁹. Longe a salute mea verba delictorũ meorũ. V. Deus me⁹ clamabo per diem nec exaudies et nocte et nõ ad insipientiã michi. V. Tu autem in sancto habitas laus israel: in te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos. V. Ad te clamauerunt et salui facti sũt: in te sperauerũt et nõ sunt cõfusi. V. Ego autem sum vermis et non homo: opprobriũ hoim et abiectio plebis. V. Omnes qui videbãt me aspernabantur me: locuti sunt labiis et mouerunt caput. V. Sperauit in dño eripiat eũ: saluũ faciat eũ qm vult eũ. V⁹. Ipsi vero considerauerũt et inspexerunt me diuiserunt sibi vestimẽta mea et sup vestẽ meã miserũt sortem. V. Libera me de ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatẽ meã. V. Qui timetis dñz laudate eũ vniuersũ semen iacob glorificate eũ. V. Annũciabitur dño gñatio ventura et annũciabunt celi iusticiã eius. V⁹. Populo qui nascetur: quem fecit dominus. Lector. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. ¶ Passio dñi no

stri iesu xpi. Scdm matheum. xxvi
Non respõdeatur. Gloria tibi dñe.
In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Scitis q2 post biduũ pascha fiet et filius hois tradetur vt crucifigat. Tunc cõgregati sunt pricipes sacerdotũ z seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebatur cayphas: et consiliũ fecerunt: vt iesũ dolo tenerent et occiderẽt. Dicebãt autẽ. Non in die festo. Ne forte tumult9 fieret in populo. Cum aũt esset iesus in bethania in domo symõis leprosi: accessit ad eum mulier habẽs alabastrum vnguẽti preciosi: et effudit super caput ipsius recũbentis. Uidẽtes autẽ discipuli: indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec? Potuit enĩ istud venũdari multo: z dari pauperib9. Sciens aũt ies9: ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonũ operata est in me. Nã semper pauperes habetis vobiscũ: me aũt non semp habebitis. Mittẽs enim hec vnguentũ hoc in corpus meũ: ad sepeliendum me fecit. Amẽ dico vobis: vbicunq3 predicatum fuerit hoc euangeliũ in toto mundo dicetur et qd hec fecit in memoriã eius. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotũ: et ait illis. Quid vultis michi dare: et ego vobis eũ tradã? At illi cõstituerũt ei: triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatẽ: vt eũ traderet. Prima autẽ die azimor: accesserunt discipuli ad iesum dicẽtes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? At ies9 dixit. Ite i ciuitatẽ ad quendã: et dicite ei. Magister dicit. Tẽpus meũ prope est: apud te facio pascha cu3 discipulis meis. Et fecerũt discipuli sicut cõstituit illis iesus: et parauerũt pascha. Uespere autẽ facto discũbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis: dixit. Amen dico vobis: q2 vnus vestrũ me traditurus est. Et cõtristati valde: ceperunt singuli dicere. Nũquid ego sum dñe? At ipse respõdens: ait. Qui intigit mecum manũ in parapside: hic me tradet. Fili9 quidem hois vadit: sicut scriptũ est de illo. Ue autẽ hoi illi: p quem filius hois tradetur. Bonũ erat ei: si natus nõ fuisset homo ille. Respondẽs aũt iudas qui tradidit eum: dixit. Nunqd ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenãtibus aũt eis: accepit iesus panem z benedixit ac fregit deditq3 discipulis suis z ait Accipite: z comedite. Hoc est corpus meũ. Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens. Bibite ex hoc oẽs. Hic est enim sanguis me9 noui testamẽti: q pro multis effundetur in remissionẽ peccator. Dico aũt vobis: non bibã amodo de hoc genimine vitis vsq3 in diem illũ cũ illud bibã vobiscũ nouũ: in regno patris mei Et hymno dicto: exierũt in montẽ oliueti. Tunc dicit illis iesus. Oẽs vos scandalũ patiemini in me: in ista nocte. Scriptũ est enĩ, Percutiã pastorem: et dispergẽtur oues gregis. Postq aũt resurrexero: precedã vos in galileã. Respondens aũt petr9: ait illi. Et si oẽs scãdalizati fuerint in te: ego nunq scãdalizabor. Ait illi iesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte anteq gall9 cantet: ter me negabis. Ait illi petr9 Etiam si oportuerit me mori tecũ: non te negabo. Similiter z omnes discipuli dixerunt. Tunc venit iesus cum illis in villam que dicitur gethsemani: et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadam illuc et orem. Et assumpto petro et duobus filiis zebedei: cepit contristari z mest9 esse. Tunc ait illis. Tristis est

anima mea vsq; ad morte͂. Susti-
nete hic: ⁊ vigilate mecu͂. Et pgres
sus pusillu͂: pcidit in facie͂ sua͂: ora͂s
et dicens. Mi pater / si possibile est:
tra͂seat a me calix iste. Verumtame͂
no͂ sicut ego volo: sed sicut tu. Et ve
nit ad discipulos suos: et inuenit eos
dormie͂tes. Et dicit petro: sic. Non
potuistis vna hora vigilare mecu͂?
Vigilate ⁊ orate: vt no͂ intretis in te͂
tatione͂. Spiritus quide͂ prompt⁹ est:
caro au͂t infirma. Iteru͂ secu͂do abiit
et orauit: dice͂s. Pater mi: si non po
test hic calix tra͂sire nisi biba͂ illum:
fiat voluntas tua. Et venit iteru͂: ⁊
inuenit eos dormie͂tes. Era͂t enim:
oculi eoꝝ grauati. Et relictis illis:
iteru͂ abiit et orauit tertio: eunde͂ ser
mone͂ dicens. Tunc venit ad disci-
pulos suos: ⁊ dicit illis. Dormite ia͂
et requiescite. Ecce appropinquabit
hora: et filius ho͂is tradetur in ma-
nus peccatoꝝ. Surgite eamus: ecce
appropinquabit qui me tradet. Ad
huc eo loque͂te: ecce iudas vnus de
duodecim venit: et cu͂ eo turba mul
ta cum gladiis et fustib⁹ missi a pri͂
cipibus sacerdotu͂ et senioribus po-
puli. Qui aute͂ tradidit eu͂: dedit il-
lis signu͂ dice͂s. Quecu͂q; osculа-
tus fuero: ipse est. Tenete eu͂. Et co͂
festim accede͂s ad iesum: dixit. Aue
rabbi. Et osculat⁹ est eu͂. Dixitq; il-
li ies⁹. Amice: ad quid venisti? Tu͂c
accesseru͂t / et manus iniecerunt in ie-
sum: et tenueru͂t eu͂. Et ecce vnus ex
his qui erant cu͂ iesu exte͂de͂s manu͂
exemit gladium suu͂: et pcutiens ser
uum principis sacerdotu͂ / a͂putauit
auriculam eius. Tunc ait illi iesus.
Conuerte gladiu͂ tuu͂ i locu͂ suum.
Omnes eni͂ qui acceperint gladiu͂:
gladio peribunt. An putas quia no͂
possum rogare patre͂ meum: et ex-
hibebit michi modo plusq͂ duode-
cim legiones angeloꝝ? Quomodo
ergo implebuntur scripture? Quia sic
oportet fieri. In illa hora: dixit ies⁹
turbis. Tanq͂ ad latronem existis
cum gladiis et fustib⁹ co͂prehe͂dere
me. Quotidie apud vos sedeba͂ i te͂
plo docens: et no͂ me tenuistis. Hoc
aute͂ totum factu͂ est vt adimplere͂-
tur scripture prophetaꝝ. Tunc di-
scipuli o͂es: relicto eo fugerunt. At il
li tene͂tes iesu͂: duxerunt ad caypha͂
principe͂ sacerdotum vbi scribe et se
niores co͂uenerant. Petrus au͂t seq͂-
batur eu͂ a longe: vsq; in atriu͂ prin
cipis sacerdotu͂. Et ingressus intro
sedebat cum ministris: vt videret fi
nem. Principes aute͂ sacerdotum et
omne consiliu͂ querebant falsum te
stimoniu͂ contra iesum: vt eu͂ morti
traderent. Et no͂ inueneru͂t: cu͂ mul
ti falsi testes accessissent. Nouissime
aute͂ veneru͂t duo falsi testes: ⁊ dixe
ru͂t. Hic dixit. Possum destruere te͂-
plu͂ dei: et post triduu͂ reedificare il-
lud. Et surge͂s princeps sacerdotu͂:
ait illi. Nichil respondes ad ea q͂ isti
aduersu͂ te testificant? Jesus au͂t ta-
cebat. Et princeps sacerdotu͂: ait il-
li. Adiuro te per deu͂ viuu͂: vt dicas
nobis si tu es xp͂s fili⁹ dei. Dicit illi
iesus. Tu dixisti. Veru͂tamen dico
vobis: amodo videbitis filium ho
minis sedentem a dextris virtutis
dei: et venientem in nubibus celi.
Tunc princeps sacerdotu͂ scidit ve
stimenta sua dicens. Blasphema-
uit. Quid adhuc egemus testib⁹?
Ecce nunc audistis blasphemiam.
Quid vobis videtur? At illi respon
dentes: dixerunt. Reus est mortis.
Tu͂c expuerunt in facie͂ eius: et cola
phis eum ceciderunt. Alii aute͂ pal-
mas in facie͂ eius dederu͂t: dicentes.
Prophetiza nobis xp͂e: quis est q͂ te
pcussit? Petr⁹ vero sedebat foris in
atrio. Et accessit ad eu͂ vna ancilla:
dice͂s. Et tu cum iesu galileo eras.

At ille negauit corã oībus: dicēs.
Nescio qd dicis. Exeūte autē illo ia
nuam: vidit eū alia ācilla: et ait his
qui erāt ibi. Et hic erat cū iesu naza
reno. Et iterū negauit cū iuramēto
q₂ non nouisset hoiem. Et post pu-
sillum accesserunt q̄ ibi stabāt: ⁊ di-
xerūt petro. Uere et tu ex illis es: nā
et loquela tua manifestum te facit.
Tunc cepit detestari et iurare: quia
nō nouisset hoiem. Et cōtinuo gal
lus cātauit. Et recordat⁹ est petrus
verbi iesu qd dixerat. Priusq̄ gall⁹
cantet: ter me negabis. Et egressus
foras: fleuit amare. Mane autē fa-
cto cōsilium inierunt oēs principes
sacerdotū et seniores populi aduer-
sus iesum: vt eū morti traderēt. Et
victum adduxerunt eum: ⁊ tradide
runt pontio pilato presidi. Tūc vi
dens iudas q̄ tradidit eum qd dam
nat⁹ esset: penitentia ductus retulit
triginta argēteos principib⁹ sacer-
dotum: ⁊ seniorib⁹ dicens. Peccaui:
tradens sanguinē iustum. At illi di
xerunt. Quid ad nos? Tu videris.
Et piectis argenteis in tēplo reces-
sit: et abiēs laqueo se suspendit. Pri
cipes autē sacerdotum acceptis ar-
gēteis: dixerunt. Non licet mittere
eos i corbanā: q₂ p̄cium sanguinis
est. Cōsilio autē inito: emerunt ex il
lis agrū figuli in sepulturā peregri
norū. Propter hoc vocat⁹ est ager il
le acheldemach: hoc est ager sāgui-
nis vsq₃ in hodiernum diem. Tūc
adipletum est qd dictū est per hiere-
miā prophetā: dicētē. Et acceperūt
triginta argēteos p̄cium apprecia-
ti quē appreciauerunt a filiis israel:
et dederunt eos in agrū figuli sicut
cōstituit michi dn̄s. Jesus autē ste-
tit ante presidē: et interrogauit eū pre
ses dicēs. Tu es rex iudeorū? Dixit
illi iesus. Tu dicis. Et cū accusaret
a pricipib⁹ sacerdotū ⁊ seniorib⁹: ni
chil respōdit. Tunc dicit illi pylat⁹.
Nō audis quanta aduersū te dicūt
testimonia? Et nō respōdit ei ad vl
lum verbū: ita vt miraret p̄ses ve-
hemēter. Per diē autem solennem
cōsueuerat preses dimittere populo
vnū victum quē voluissent. Habe-
bat autē tunc vnum vinctū isignē
qui dicebat barrabas q̄ propter ho
micidium missus fuerat in carcerē.
Cōgregatis ergo illis: dixit pilat⁹.
Quē vultis dimittā vobis barra-
bā: an iesum qui dicitur xp̄s? Scie-
bat enim quod per inuidiā tradidis
sent eum. Sedente autem eo pro tri
bunali: misit ad illū vxor ei⁹ dicens
Nichil tibi et iusto illi. Multa enim
passa hodie sum per visū propter il
lum. Principes autem sacerdotum
et seniores persuaserunt populis vt
peterent barrabā: iesum vero perde
rent. Respondens autem preses: ait
illis. Quem vultis vobis de duo-
bus dimitti? At illi dixerunt. Bar-
rabā. Dicit illis pylatus. Quid er-
go faciā de iesu qui dicitur christ⁹?
Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait
illis preses. Quid enim mali fecit?
At illi magis clamabant dicentes.
Crucifigatur. Uidens autem pila-
tus quia nichil p̄ficeret / sed magis
tumultus fieret: accepta aqua lauit
manus suas corā omni populo di-
cens. Innocens ego sum a sangui
ne iusti eius: vos videritis. Et re-
spondens vniuersus popul⁹ dixit.
Sanguis eius super nos: ⁊ super fi
lios nostros. Tūc dimisit illis bar
rabā: iesum vero flagellatū tradi
dit eis vt crucifigeretur. Tunc mi-
lites p̄sidis suscipiētes iesū i p̄torio:
cōgregauerūt ad eū vniuersam co-
hortem. Et exuentes eum: clamidē
coccineā circumdederūt ei. Et plectē
tes coronā de spinis posuerunt sup
caput ei⁹: ⁊ arūdinē in dextera eius.

Et genu flexo ante eū illudebant ei: dicentes. Aue rex iudeorum. Et expuentes in eū: acceperūt arundinē et percutiebāt caput eius. Et postq̄ illuserūt ei: exuerūt eū clamide et induerunt eū vestimētis ei⁹: et duxerūt eū vt crucifigerent. Exeuntes autē inuenerunt hoīem quēdā syreneū: nomine symonē. Hunc angariauerūt vt tolleret crucē ei⁹. Et venerunt in locum q̄ dicit golgotha: qd̄ est caluarie locus. Et dederunt ei vinū bibere: cū felle mixtū. Et cū gustasset: noluit bibere. Postq̄ autē crucifixerunt eū: diuiserunt vestimēta eius sortē mittētes vt impleretur qd̄ dictū est per prophetā dicentē. Diuiserūt sibi vestimēta mea et sup vestē meā miserunt sortē: et sedētes seruabant eū. Et iposuernnt super caput eius causā ipsius scriptā: hic est iesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris et vn⁹ a sinistris. Pretereūtes autem blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes. Vah q̄ destruit templū dei: et in triduo illud reedificat: Salua temetipsū. Si filius dei es: descēde de cruce. Similiter et principes sacerdotū illudētes cū scribis et senioribus: dicebāt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: Si rex israel est: descēdat nūc de cruce et credim⁹ ei. Confidit in deo: liberet nūc eum si vult. Dixit enī q2 fili⁹ dei sum. Idipsū aūt et latrones q̄ crucifixi erāt cū eo: improperabāt ei A sexta autē hora tenebre facte sunt super vniuersam terrā: vsq3 ad horam nonā. Et circa horā nonā clamauit iesus voce magna dicēs. Hely hely: lamazabathani: Hoc est. Deus me⁹: deus me⁹ vt qd̄ dereliq̄sti me: Quidā autē illic stātes et audiētes: dicebant. Helyam vocat iste Et cōtinuo currēs vnus ex eis: accepiam spongiā implevit aceto: et iposuit arundini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine: videam⁹ an veniat helias liberare eū. Jesus autem iterū clamans voce magna emisit spiritū. Pater nr̄. Et ecce velum tēpli scissum est ī duas partes a summo vsq3 deorsū. Et terra mota est et petre scisse sunt: et monumēta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierāt surrexerūt. Et exeūtes de monumētis: post resurrectionē eius venerunt in sanctā ciuitatē et apparuerūt multis. Centurio autē et q̄ cum eo erāt custodientes iesū: viso terremotu: et his q̄ fiebant timuerūt valde: dicētes. Vere filius dei erat iste. Erant ibi mulieres multe a longe: q̄ secute erant iesum a galilea ministrātes ei. Inter quas erat maria magdalene et maria iacobi et ioseph mater: et mater filiorum zebedei. Cum sero autem factū esset venit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph: qui et ipse discipul⁹ erat iesu. Hic accessit ad pilatū: et petiit corpus iesu. Tūc pilatus iussit reddi corp⁹. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in syndone munda: et posuit in monumēto suo nouo: quod exciderat ī petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti: et abiit. Erant autem ibi maria magdalene et altera maria sedentes contra sepulchrum. Euangelium.

et iustũ est equũ et salutare: nos tibi semp ⁊ vbiqꝫ grãs agere: dñe sãcte pat oṗs etne de⁹. Qui inuisibili potẽtia sacramẽtoꝝ tuoꝝ mirabilit opetaris effectũ: ⁊ licet nos tãtis misteriis exquẽdis sim⁹ idigni tu tñ grẽ tue dona nõ deserens etiã ad nr̃as pces aurẽ tue pietatis iclinas. De⁹ cui⁹ spũs super aquas iter ipsa mũdi pmoꝛdia ferebat: vt iã tũc virtutẽ sctificatiõis aquaꝝ natura ꝯcipe ret. De⁹ q̃ nocẽtis mũdi crimina p aquas abluẽs: regñatiõis speciẽ in ipa diluuii effusiõe signasti vt vni⁹ eiusdẽqꝫ elemẽti misterio ⁊ finis esset viciis ⁊ oꝛigo virtutib⁹. Respice dñe i faciẽ eccle tue: ⁊ multiplica i ea regñatiões tuas q̃ grẽ tue affluẽtis ipetu letificas ciuitatẽ tuã: fõtẽqꝫ baptismatis aperis toto oꝛbe terrarũ gẽtib⁹ inouãdis vt tue maiestatꝫ iperio sumat vnigeniti tui grãm de spũ sctõ. Hic diuidat aqua manu: in modũ crucis. Qui hanc aquã regenerãdis hoib⁹ ṗparatam archana sui luminis admixtiõe fecũdet vt sãctificatiõe ꝯcepta ab imaculato diuini fõtis vtero: i nouã renata creaturam: pgenies celestis emergat. Et quos aut sex⁹ i coꝛpe: aut etas discernit i tp̃e oẽs i vnã pariat grã mr̃ infantiã. Procul ergo hinc iubente te dñe ois spũs imũd⁹ abscedat: pcul tota neq̃tia diabolice fraudis absistat. Nichil hic loci habeat cõtrarie virtutꝫ admixtio: nõ isidiãdo circũuolet: nõ latẽdo surrepat: nõ ificiẽdo coꝛrũpat. Sit hec sctã ⁊ inocens creatura libera ab oĩ ipugnatoꝛis incursu: ⁊ toti⁹ neq̃tie purgata discessu. Sit fõs ✠ viu⁹ aqua ✠ regenerãs: vnda puri ✠ ficãs. Vt oẽs hoc lauacro salutifero diluẽdi operãte i eis spũ sctõ pfecte purgatiõis indulgentiã cõsequãtur. Hic signet aquã manu di. Unde bñ ✠ dico te creatura aque p deũ ✠ viuũ: p deũ ✠ verũ: p deũ ✠ sanctũ: p deũ q̃ te i pricipio verbo separauit ab arida: cuius spũs super te ferebat qui te de paradiso manare fecit: ⁊ in quattuoꝛ fluminibus totã terrã rigare pcepit. Hic sacerdos eiciat aquã de fõte i quattuoꝛ partib⁹ dicẽdo. Qui te i deserto amarã suauitate indita fecit esse potabilẽ ⁊ sitiẽti pplo de petra pduxit. Bñ ✠ dico te p iesũ xp̃m filiũ eius vnicũ dñm nr̃m: q̃ te i chana galilee signo admirabili sua potẽtia ꝯuertit in vinũ. Qui pedibus super te ambulauit ⁊ a iohãne i ioꝛdane in te baptizat⁹ est. Qui te vna cum sãguine de latere suo pduxit et discipulis suis iussit vt credentes baptizarentur in te dicens. Ite docete omnes gẽtes baptizãtes eos in noie pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lii ⁊ spirit⁹ ✠ sancti. Hic mutet vocẽ suã quasi ad legendũ dicẽs. Hec nobis p̃cepta seruantib⁹ tu deus omp̃s clemens adesto: tu benignus aspira. Hic spiret in aquã in modũ huius figure.

Tu has simplices aquas oꝛe tuo benedicito vt preter naturalẽ emũdationẽ quam lauandis possint adhibere coꝛpoꝛibus: sint etiã purificãdis mentibus efficaces. Hic cere⁹ liquescat aquã in modũ crucis ⁊ ponat in aquã in modũ crucis. Descẽdat in hanc plenitudinem fontis virt⁹ spũs tui totãqꝫ huius aque substantiã regenerandi fecũdet effectu. Hic oĩm peccatoꝝ macule deleantur. Hic natura ad ymaginẽ tuã cõdita ⁊ ad honorẽ sui refoꝛmata pricipii cunctis vetustatis squaloꝛibus emũdetur: vt ois homo hoc sacramẽtũ regeneratiõis igressus i vere inocentie nouã ifantiã renascat. Per dñm. In vnitate eiusdem. Factaqꝫ benedictione fontis: crisma et oleũ nisi aliqui

assuerint baptizādi nō ponātur in aquam. Postea vero cū hac letania a tribus vicariis i cappis cantanda eat processio in chorum dicto prius.

Kyrie eleysō. Christe eleysō. Christe audi nos. Sancta virgo virginum. Ora pro nobis.
Sancte raphael. or.
Oēs scti angeli et archangeli or. t.
Oēs scti patriarche et pphete. or. t.
Sancte bartholomee or.
Sancte iacobe or.
Sancte mathee or.
Oēs scti apli et euangeliste. or. t.
Sancte vincenti or.
Sancte georgi or.
Sancte dionisi cum sociis. or.
Omnes sancti martires or. t.
Sancte augustine or.
Sancte Willelme or.
Sancte cuthberte or.
Omnes sancti confessores. or. t.
Sancta lucia or.
Sancta petronilla or.
Sancta iuliana or.
Omnes sancte virgines. or. t.
Omnes sancti or. t.
Propicius esto parce nobis domine. ¶ Totum repetatur a choro.
Ab oī malo. Chor⁹. Lib. nos do.
Ab insidiis diaboli. libe. nos dn̄e.
Per misterium sancte incarnationis tue. libera nos domine.
Per passionem et crucē tuā libera.
Per sanctā resurrectionē tuam li.
Per admirabilē ascensionē tuā li.
Per gratiam scti spūs paracliti. li.
In die iudicii. libera nos domine.
Peccatores. te rogam⁹ audi nos.
¶ Totum repetatur a choro.
Ut pacē et cōcordiā nobis dones. Chorus. Te rogamus audi nos.
Ut sanctā ecclesiā tuam regere ac defensare digneris. te rogamus au.
Ut [illegible] oēs gradus ecclesie in sancta religione conseruare digneris. te rogamus audi nos.
Ut archiepm nostrum et omnē cōgregationem sibi cōmissā in sancta religione cōseruare digneris. te ro.
Ut cunctum populum christianū precioso sanguine tuo redemptum conseruare digneris. te rogamus.
Ut gratiam sancti spūs cordibus nostris infundere digneris. te rog.
Ut cunctis fidelibus defunctis requiem eternā donare digneris. te.
Ut nos exaudire digneris. te rog.
Fili dei. te rogamus audi nos.
¶ Totum repetatur a choro.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi. exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi. miserere nobis.

¶ Deinde rector chori icipiat. Kyrie leysō. ter. Christe eleysō. ter. Kyrieleysō. ter. Deīde plat⁹ cū. vii. vel. v. diaconib⁹ dalmaticas et totidē subdiaco. tunica. festiue paratis: pcedē. cero. et. ii. thuri. itroeat ad altare factaq; cōfes. et dictis kyrieleysō vts. plat⁹ incipiat. Gloria in excelsis deo quod dū canitur classicū pulsetur. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimā noctem gloria dn̄ice resurrectionis illustras: conserua in nouā familie tue progeniem: adoptionis spiritum quem dedisti vt corpore et mente renouati puram tibi exhibeant seruitutem. Per eūdē xpm. In vnitate eiusdem. ¶ Ad collocen.

Fratres. Si consurrexistis cum christo que sursū sunt querite: vbi christus est i dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite: nō que super terram. Mortui enī estis: et vita vestra abscondita est cū christo in deo. Cū enim xps apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cū ipso in gloria. ¶ Duo vicarii in

albis cantāt. Alla. Quo icepto chorus nigras cappas exuāt et missā i supplicitiis expleāt. Alla. v. Confitemini dn̄o quō bonus: quō in secl'm mīa eius. Alla. repetat̄. Sequit̄ tractus a duob⁹ rectorib⁹ chori post. Alla. canēd⁹ i pulpito i cappis sericis. Tractus.

Laudate dn̄m oēs gentes et collaudate eum omnes populi. v. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius ⁊ veritas domini manet in eternum. ¶ Secundum matheum.

Vespere sabbati q̄ lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene ⁊ altera maria videre sepulchrū. Et ecce terremotus factus est magnus: angelus enim descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur et vestimentum ei⁹ sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes ⁊ facti sūt velut mortui. Respondens aūt angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enī q̄ iesū qui crucifixus est queritis. Non est hic: surrexit enim sicut dixit. Venite ⁊ videte locū vbi posit⁹ erat dn̄s. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit: ⁊ ecce precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: ecce p̄dixi vobis. Nō dr̄. Credo. nec offr. sȝ Dn̄s vo. dicat̄ cū. Orem⁹. Secreta

Suscipe dn̄e q̄s preces populi tui cū oblationib⁹ hostiarū: vt paschalibus initiate misteriis ad eternitatis nobis medelā te operante proficiant. Per do. Prefatio. Et te quidē omni tempore sed i hac potissimum nocte. ⁊c. rector chori incipiat Sanctus. Infra actionē Cōmunicantes ⁊ noctē sacratissimā. ⁊ Hanc igitur. ⁊c. dicto aūt Per oīa secula sclo͛rū. Chor⁹ respōdeat Amen. Sacerdos. Dn̄s vobiscum. Chorus. Et cum spū tuo. non dicat̄ Agnus dei. nec pax detur. Sȝ cōpleto sacramēto ⁊ cōicatis maioribus ecclesie cantor incipiat vesperas hoc mō. Alla. alla. alla. ps. Laudate dn̄m omnes. Post psalmū tota cantetur an̄. sine neuma: qua finita diaconus qui legit euāgelium incipiat i euangelio an̄. Vespere autem. an̄. vero ante. ps. Magnifi. nō pcantat̄ licet festū sit duplex: sȝ post psalmū pcantat̄ ā. sine neuma. ā. Vespere aūt sabbati q̄ lucescit in pr͛a sabbati venit maria magdalene ⁊ altera maria videre sepulcrū alla. p̄. Mag. Sacerd. Dn̄s vobiscū. Or.

Spiritum nobis dn̄e tue caritatis īfūde vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dn̄ȝ no. In vnitate eiusdem. Dn̄s vobiscum. Diacon⁹. Ite missa est. Deo gratias.

¶ In die sancto pasche. Officium.



Resurrexi et adhuc tecū sum alla: posuisti super me manū tuam alleluya: mirabilis facta est scientia tua alla alla. ps. Dn̄e proba sti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam et resurrectionē meā. Glo.

Deus q̄ hodierna die p̄ vni-genitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nr̄a q̄ p̄ueniēdo aspiras etiam adiuuādo p̄sequere. p̄ eūd. Ad cori. i. v.

Fratres. Expurgate vetus fermentū: vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi. Etenī pascha nostrū immolatus est christ⁹. Itaq₃ epulemur non in fermēto veteri neq₃ in fermēto malicie ⁊ nequitie. Sed in azimis sinceritatis: ⁊ veritatis. Gra. Hec dies quam fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. ℣. Confitemini dn̄o quoniā bonus quā in seculum misericordia ei⁹. Alla. ℣. Pascha nostrū imolatus est christus. Ad vesperas. ℣. Epulemur i azimis sinceritatis et veritatis. ¶ In die sctō pasche. Sequētia.

Fulgens p̄clara rutilat per orbē hodie dies i qua christi lucida narrantur ouāter prelia. De hoste superbo quē christus trūphauit pulchre castra illi⁹ perimēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix proles marie qua epulamur modo vna. Bñdicta sit celsa regina illa. Generans regem spoliantem tartara: pollentem iam in ethera. Rex inelernū suscipe benignus preconia nostra tibi sedulo canentia pr̄is sedens ad dexterā. Victor vbiq₃ morte superata atq₃ triūphata polor possidēs gaudia. O magna o celsa: o pulchra clementia xp̄i luciflua: o alma. Laus tibi honorq₃ ac virt⁹ qui nostrā antiquā leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi: ēpta florida micat hec aula. Potēti virtute qui nr̄a lauit facinora tribuens dona fulgida. Stupens valde in memet admiror hodierna. Tanta indignis pādere modo sacramenta. Stirpe dauitica ort⁹ de tribu iuda leo potens surrexisti in gloria: agnus visus es in terra. Mundanas olim armis regna petēs supera: iustis reddens premia in secula dignāter ouantia. Dic impie zabule quid valet nūc fraus tua igneis nexus loris a christi potētia. Trib⁹ lingue admiraminis quis audiuit talia miracula. Ut mors mortem sic superaret rei perciperent talē gratiā. Judea incredula cur manes adhuc inuerecūda. Perspice xp̄icolas qualiter leti canūt inclita redemptori carmina. Ergo pie rex christe nobis dans precamina: solue nexorū vincula: electorū agmina. Fac tecū resurgere ad beatam gloriā: digna rependēs merita. Paracliti sācti cōsolationē piam. Expectamus secūdum promissionē tuam. Post acta ascensionis sctā solēnia. Qua es regress⁹ ad celū nube tect⁹ clara. Pollēs laude eterna. ¶ Scđm marcū.

In illo tempore. Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerūt aromata: vt venientes vngerēt iesū. Et valde mane vna sabbatorū veniūt ad monumentū: orto iā sole. Et dicebāt adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidē: ab hostio monumēti? Et respiciētes: viderunt reuolutū lapidē. Erat q̄ppe magn⁹ valde. Et introeuntes i monumentū: viderunt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola candida: ⁊ obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere: iesū queritis nazarenū crucifixū. Surrexit: non est hic. Ecce locus vbi posuerūt eum. Sed ite dicite discipulis ei⁹ et petro: quia precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Offer. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus alleluya. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dn̄e preces populi tui cū oblationibus hostiarū: vt paschalib⁹ initiate misteriis ad eternitatis nobis medelā

te operāte pficiāt. Per d. Prefa. Et
te qđ. iter acti. Cōmunicātes ꝛ Hāc
igitur. vt s̄. Cōio. Pascha nostrū imo-
lat⁹ est christus allā itaq; epulemur in a-
zimis sinceritatis et veritatis. Alleluya
alleluya alleluya. Postcommunio.
Spiritū nobis dñe tue carita
tis īfūde: vt quos sacramētꝫ
paschalib⁹ satiasti: tua facias pieta-
te ꝯcordes. Per do. In vnita. eiusd.
spirit⁹. ¶ Feria secunda. Officiū.
Introduxit vos dñs in
trā fluētē lac ꝛ mel allā
et vt lex dñi sēper sit i o-
re vestro. alleluya allā.
ps. Cōfitemini dño quoniā bon⁹: quoniā
in seculum misericordia eius. Oratio
Deus q̄ solennitate paschali
mūdo remedia ꝯtulisti: po-
pulū tuū q̄s celesti dono psequere: vt
et pfectā libertatē ꝯsequi mereatur:
et ad vitā proficiat sempiternam.
Per dñm. ¶ Lectio actuū apłor. x
In dieb⁹ illis: Stans petrus
i medio plebis dixit. Viri fra
tres: vos scitis qđ factū est verbum
per vniuersā iudeā. Incipiens enī a
galilea post baptismum qđ predica
uit iohānes: iesum a nazareth: quo
modo vnxit eū deus spiritu sācto et
virtute. Qui ptransiuit bñfaciēdo
et sanando oppssos a dyabolo: qm
de⁹ erat cū illo. Et nos testes sum⁹
oīm que fecit in regiōe iudeor ꝛ hie
rusalē: quē occiderūt suspēdētes in
ligno. Hūc de⁹ suscitauit tertia die:
et dedit eum manifestū fieri nō om
ni populo sed testibus pordinatis a
deo: nobis autē q̄ manducauimus
et bibimus cū illo postq̄ resurrexit
a mortuis. Et precepit nobis predi-
care populo ꝛ testificari: quia ipe est
qui cōstitutus est a deo iudex viuo-
rum ꝛ mortuorū. Huic oēs pphete
testimoniū perhibēt: remissionem
peccator accipere per nomen eius:
oēs qui credunt in eum. Gradale.
Hec dies. ℣. Dicat nunc israel qm̄ bon⁹
qm̄ in seculū mīa eius. Allā. ℣. Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis de iesu
dū loqueretur nobis in via. Sequentia.
Laudes saluatori voce mo-
dulemur supplici. Et deuo
tis melodiis celesti dño iubilemus
messie. Qui seipsum exinaniuit vt
nos pditos liberaret hoīes. Carne
gloriā deitatis occulens pannis te-
gitur in presepe: miserās pcepti trās
gressorem pulsum patria paradisi
nudulū. Joseph marie symeōi sub
ditur circunciditur: et legali hostia
mūdatur vt pectora nostra q̄ venit
relaxare crimina. Serui subiit ma-
nus baptizandus ꝛ perfert fraudes
tētatoris: fugit psequētū lapides.
Famem patitur dormit et tristatur
ac lauit discipulis pedes: de⁹ homo
summus humilis. Sed tamē inter
hec abiecta corporis eius deitas ne-
quaq̄ quiuit latere signis variis et
doctrinis pdita. Aquā nuptiis dat
saporis vinei: cecos oculos claro ve
stiuit lumine: leprā luridā tactu fu-
gat placido. Putres suscitat mortu
os: mēbraq; curat debilia fluxū san
guinis cōstrinxit et saturauit q̄nq;
de panib⁹ q̄na milia. Stagnū pera
grat fluctuās seu siccū littus: vento
sedat liguā reserat ꝯstrictā recludit
aures priuatas vocibus febres de-
pulit. Post hec mira miracula talia
q;. Sponte sua ꝯprehēditur ꝛ dāna
tur. Et se crucifigi nō despexit. Sed
sol eius mortem nō aspexit. Illuxit
dies quam dñs mortem deuastās
et victor suis apparens dilectorib⁹
viuus. Primo marie: dehic apo sto
lis docens scripturas cor aperiens:
vt clausa de ipso reserarent. Fauent
igitur resurgēti christo cuncta gau
dus. Flores segetes rediuiuo fru-
ctu vernant et volucres gelu tristi

terso dulce iubilāt. Lucēt clariꝰ sol ⁊ luna morte christi turbida. Tellꝰ herbida resurgēti xp̄o plaudat q̄ tremula eius morte se casurā minitat. Ergo die ista exultemꝰ qua nobis viā vite resurgēs patefecit iesus. Astra solū mare iocūdēt ⁊ cūcta gratulētur in celis spiritales chori trinitati. ¶ Secundum lucam. xxiiii.

In illo tp̄e. Exeūtes duo ex discipulis iesu: ibāt ip̄o die ī castellū qd̄ erat ī spacio stadioꝝ sexagita ab hierusalē: nomine emaus. Et ip̄i loquebāt adiuicē de his oībꝰ q̄ acciderāt. Et factū est dū fabularēt et secū quererēt: ⁊ ip̄e iesꝰ appropinquās ibat cū illis. Oculi aūt illoꝝ tenebāt ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos Qui sūt hi sermoēs quos cōfertis adiuicē ambulātes: ⁊ estis tristes? Et respōdēs vnꝰ cui nomē cleophas dixit ei. Tu solꝰ peregrinꝰ es in hierl'm et nō cognouisti q̄ facta sūt in illa his diebꝰ? Quibꝰ ille dixit. Que? Et dixerūt: de iesu nazareno q̄ fuit vir ꝓpheta potēs in opere ⁊ sermone corā deo ⁊ oī populo. Et quomō eū tradiderūt summi sacerdotes ⁊ p̄ncipes nr̄i in dānationē mortis: et crucifixerūt eū. Nos aūt sperabamꝰ: q2 ipse esset redēpturꝰ isrl'. Et nūc super hec oīa: dies tercia est hodie: ex quo hec facta sūt. Sed ⁊ mulieres quedā ex nr̄is terruerūt nos: q̄ ante lucē fuerūt ad monumētū. Et nō inuēto corpore eiꝰ: venerūt dicētes se etiā visionē angeloꝝ vidisse: q̄ dicūt eū viuere. Et abierūt q̄dā ex nr̄is ad monumētū/ et ita iuenerūt sicut mulieres dixerūt: ipsum vero nō inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credēdum in omnibus: que locuti sunt ꝓphete. Nonne hec oportuit xp̄m pati: et ita intrare in gloriā suam? Et incipiens a moyse et oībus prophetis: interpretabāt illis in oībus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerūt castello quo ibant: et ipse se finxit longiꝰ ire. Et coegerunt illum: dicētes. Mane nobiscū q̄m ad vesperascit: et iclinata est iam dies. Et itrauit cū illis. Et factū est dū recūberet cū eis: accepit panē et benedixit ac fregit/ et porrigebat illis. Et aperti sūt oculi eoꝝ: ⁊ cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerūt adinuicē. Nōne coꝝ nostrum ardēs erat in nobis dum loquerēt in via: et apiret nobis scripturas? Et surgētes eadem hora: regressi sunt ī hierusalē. Et iuenerūt cōgregatos vndecim: et eos q̄ cum ipsis erant dicentes ꝙ surrexit dn̄s vere: et appuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant ī via: ⁊ quomodo cognouerunt eum: in fractione panis. Offerto. Angelus dn̄i descendit de celo: ⁊ dixit mulieribus quem q̄ritis surrexit sicut dixit allā. Secreta.

Paschales hostias recensentes quesumus dn̄e: vt quod frequētamꝰ actu: cōprehendamus effectu. Per dn̄z. no. Prefatio. Et te quidem. infra act. Cōmunicantes. et Hāc igitur. Cōio. Surrexit dn̄s et apparuit petro alleluya. Postcōio.

Impleatur ī nobis q̄s dn̄e sacramenti paschalis sancta libatio: nosq3 de terrenis affectibꝰ ad celeste transferat institutū. Per dominum nr̄m. ¶ Feria. iiii. Officiū.

Venite benedicti. Qua sapientie potauit eos allā: firmabit ī illis et nō flectet allā: et exaltabit eos ī eternū. allā alleluya. ps. Cōfitemini dn̄o q̄m bonus: quoniā in seculū misericordia eiꝰ. Orō.

Deꝰ qui ecclesiā tuam nouo semp fetu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentum viuēdo teneāt qd̄ fide perceperunt.

Per d. ¶ Lec. actuum apostolorum. xiii.

In diebus illis. Surgens paulus / et manu silentium indicens: ait. Viri fratres filii generis abraham et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant hierusalem et principes eius ignorantes iesum et voces prophetarum que per omnes sabbatum leguntur: iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo: petierunt a pylato: vt interficerent eum. Cumque consummassent omnia que de eo scripta erant: deponentes eum de ligno posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitauit eum: tertia die a mortuis. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filiis nostris: resuscitans iesum christum: dominum nostrum. Grad. Hec dies. V. Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici de regionibus congregauit eos. Alla. V. Angelus domini descendit de celo et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. V. Respondens autem angelus dixit mulieribus quem queritis. Ille autem dixerunt iesum nazarenum. Seque.

Victime paschali laudes inmolant christiani. Agnus redemit oues christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria quid vidisti in via. Sepulchrum christi viuentis et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra precedet vos in galileam. Credendum est magis soli marie veraci quam iudeorum turbe fallaci. Scimus christum surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere. ¶ Secundum lucam. xxiiii.

In illo tempore Stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero et conterriti: existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda vestra. Videte manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate et videte: quia spiritus carnem et ossa non habet: sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus sed mirantibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit illis. Et ait ad illos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos / cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi: et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum / vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est / et sic oportebat christum pati: et resurgere a mortuis die tertia. Et predicari in nomine eius penitentiam: et remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offer. Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarum alla. Secreta

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia: ad celestem gloriam transeamus. Per dominum. Prefatio. Et te quidem. Communicantes. et Hanc igitur. Coio. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite alla: vbi christus est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite alleluya. Postcommunio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt paschalis perceptio sacramenti: continua in nostris mentibus perseueret. Per dominum. ¶ Feria. iiii. Officium.



Venite benedicti patris mei percipite regnum alleluya: quod vobis paratum est ab origine mundi alleluya alla alleluya. ps. Cantate

dño cãticũ nouũ q2 mirabilia fecit. Or.
Deus qui nos resurrectiõis dñice annua solennitate letificas: concede propicius: vt per temporalia festa que agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per do. Lectio actuũ apostolo2. iii.
In dieb9 illis. Aperiens petr9 os suũ: dixit. Viri israelite: et q̃ timetis deũ audite. De9 abrahã: et de9 ysaac: et de9 iacob. Deus patrũ nostro2 glorificauit filiũ suũ iesum quẽ vos q̃dẽ tradidistis et negastis ãte faciẽ pylati: iudicãte illo dimitti Vos autẽ sanctũ et iustũ negastis et petistis virum homicidam donari vobis. Auctorem vero vite iterfecistis: quẽ de9 suscitauit a mortuis cuius nos testes sum9. Et nũc fratres scio q2 per ignorantiã fecistis: sicut et principes vestri. De9 autẽ q̃ pronunciauit per os oĩm ꝓphetar2 pati xp̄m suũ: ipleuit sic. Penitemini igit et cõuertimini: vt deleant v̄ra peccata. Grad. Hec dies. V9. Dextera dñi fecit virtutẽ dexta dñi exaltauit me. Allã. V. In die resurrectionis mee dicit dñs ꝑcedã vos in galileã. Sequentia.
Concinat orbis cũct9 allã. Votis voce solennia. Celebrãdo paschalia. Insõtum tenera. Cõgaudeat turma. Sacro fonte niuea. Spernens flegetontis vndas. Nos quoq3 laxas aptem9 fibras arte musica. Voce sonora modificantes ꝓsis neumata. Voce satis tinnula xp̄s nãq3 mitis hostia Fact9 n̄ra ob remedia. Crucis ꝓtulit ꝓbra Et iugis vita manens subiit letalia. Fellis amara pass9 ꝓlibare pocula. Vulnera satis tolerauit dira: trãsfixus clauis et lãcea. Sic tolerãdo mala gerẽs n̄ra: descẽdit ad yma tartara. Hostis ãtiq quo defrigẽs arma: reuehit potẽs ãpla ouãdo trophea. Sicq3 deuicta morte ac resũpta carne resurgit victor die hodierna. Unde iam iocũdas ipsi canam9 odas. Per quẽ nobis vita redit eterna. Et celi clara nobis patescit aula Cui sit laus eterna. Scdm iohannẽ. xxi.
In illo tp̄e Manifestauit se iesus discipulis suis: ad mare tiberiadis: manifestauit autem sic. Erãt autẽ simul symõ petr9 et thomas q̃ dicit didim9 / et nathanael q̃ erat a chana galilee: et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo. Dicit eis symõ petr9. Vado piscari. Dicunt ei. Venim9 et nos tecũ. Et exierunt et ascenderũt i nauim: et illa nocte nichil prendiderũt. Mane aũt facto stetit iesus i littore: nõ tamẽ cognouerũt discipuli quia ies9 est. Dicit ergo eis ies9. Pueri: nũq̃d pulmẽtarium habetis? Respõderũt ei. Nõ. Dixit eis. Mittite i dexterã nauigii rethe: et iuenietis. Miserũt ergo: et iã non valebãt illud trahere pre multitudine pisciũ. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat iesus petro. Dñs est. Symon petrus cũ audisset q2 dñs est: tunica succinxit se: erat enim nudus et misit se in mare. Alii autẽ discipuli nauigio venerũt. Nõ eni lõge erãt a terra: sed quasi cubitis ducẽtis trahẽtes rethe pisciũ. Ut ergo descẽderũt in terrã: viderũt prunas positas et piscẽ suppositũ: et panẽ. Dicit eis iesus. Afferte de piscibus: quos prendidistis nunc. Ascẽdit aũt symon petr9 et traxit rethe in terrã: plenũ magnis piscibus centũ quinquagintatribus. Et cũ tãti essent: nõ est scissum rethe. Dicit eis iesus. Venite: prãdete. Et nemo audebat discũbentiũ interrogare eũ tu quis es: sciẽtes q2 dñs est. Et venit iesus et accepit panẽ et dedit eis: et piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifestatus iesus discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis. Offer. Portas celi ape

ruit dñs ⁊ pluit illis manna vt ederẽt pa
nem celi dedit illis: panẽ angelorũ man-
ducauit homo alleluya. Secreta.

Sacrificia dñe paschalib⁹ gau
diis immolata nobis tue pro-
piciationis munus obtineãt quib⁹
eccl'a tua mirabiliter ⁊ pascitur ⁊ nu
trit̃. Per. Prefa. Et te qdẽ. Cõmuni
cãtes. Hãc igit̃. Cõio. xp̃s resurgẽs
ex mortuis iã nõ moritur: mors illi vltra
non dominabitur alleluya. Postcõio.

Ab oĩ nos q̃s dñe vetustate
purgatos sacramẽti tui ve-
nerãda perceptio: ĩ nouã transferat
creaturã. Per. ¶ Notãdũ qd in his
tribus diebus scz feria. v. ⁊ sabbato:
Offiũ ãte. Gloria patri. repetat̃ ⁊ gra
dale post. ꝟsũ. ¶ Feria. v. Officiũ.

Uictricẽ manũ tuã dñe
laudauerunt pariter al
leluya: qz sapientia ape
ruit os mutũ et liguas
infantiũ fecit disertas all'a all'a. Ps.
Confitemini dño quoniã bonus: quoniã
in seculum misericordia eius. Oratio.

Deus qui diuersitatẽ gentiũ
in confessione tui nois adu-
nasti da vt renatis fonte baptisma-
tis vna sit fides mentium: et pietas
actionũ. Per. ¶ Le. actuũ ap. viii.

In diebus illis. Angelus dñi
locutus est ad philippum di
cens. Surge et vade cõtra meridia
nũ: ad viã q̃ descẽdit ab hierusalẽ in
gazam: hec est deserta. Et surgens
abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus
potens cãdacis regine ethiopũ qui
erat super omnes gazas eius vene-
rat adorare in hierusalem: et reuer-
tebatur sedens super currum suum
legensq; ysaiam pphetã. Dicit au-
tem spiritus philippo. Accede ⁊ ad-
iunge te ad currum istũ. Accurrẽs
autem philippus: audiuit illum le-
gentem ysaiã prophetã et dixit. Pu
tas ne intelligis que legis? Qui ait.
Et quomodo possũ itelligere si nõ
aliquis ostenderit michi? Rogauit
qz philippũ vt ascenderet: et sederet
secũ. Locus aũt scripture quã lege-
bat: erat hic. Tanq̃ ouis ad occisio
nẽ ductus est: et sicut agnus coram
tondẽte se sine voce sic non aperuit
os suũ. In humilitate iudicium ei⁹
sublatũ est: generationẽ illius quis
enarrabit. Qm̃ tolletur de terra vi-
ta eius. Respondẽs autẽ eunuchus
philippo: dixit. Obsecro te de quo
ppheta dicit hoc de seipo an de alio
aliquo? Aperiens autem philippus
os suũ: et incipiens a scriptura ista:
euangelizauit illi iesum. Et dũ irẽt
per viã: venerũt ad quandã aquã.
Et ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis
phibet me baptizari? Dixit autem
philippus. Si credis ex toto corde:
licet. Et respondens ait. Credo dei
filiũ esse iesum xp̃m. Et iussit stare
currũ. Et descẽderũt vterq; ĩ aquã
philippus et eunuch⁹ et baptizauit
eum. Cũ autẽ ascendissẽt de aqua:
spiritus dñi rapuit philippũ: ⁊ am-
plius nõ vidit eum eunuch⁹. Ibat
autẽ per viã suã gaudens. Philip-
pus aũt inuentus est in azoto. Et p
transiens euangelizauit ciuitatib⁹
cunctis: donec veniret cesaream: no
men domini iesu christi. Gradale.
Hec dies. ꝟ Lapidẽ quem reprobauerũt
edificantes hic factus est in caput ãguli:
a dño factũ est istud ⁊ est mirabile in ocu
lis nostris. All'a. ꝟ Surrexit dñs ⁊ oc-
currens mulierib⁹ ait: auete: tunc accesse
rũt ⁊ tenuerũt pedes ei⁹. ¶ Sequẽtia.

Prome casta cõcio cantica or-
gana subnectẽs ypodorica.
Regi claustra deo tartarea rũpenti
decãta nũc symphonia. Morte qui
victa resurgens gaudia mundo ge
stat colenda. Hac isolita morantes
per dira cochiti cõfinia. Aspectãt lu
mina intrãte illo vita btã. Terror

percussa tremiscit demonum plebs valida. Dāt suspiria fletuū alta repagula. Quis sic audax fregerit mirank tūc fortia. Sic ad supa redit cū turma gl'iosa & timida refouet discipulorꝝ corda. Precelsa hui⁹ trophea admirātes flagitem⁹ tūc voce decliua. Uirginum iter agmina mereamur p̄ciosū colere vt pascha. Galilea inqꝫ sacrata p̄fulgide cōtueri lucis exordia. ¶ Secūdū iohānē. xx.

In illo tēpore. Maria stabat ad monumētū foris plorās Dū ergo fleret: inclinauit se: & p̄spexit in monumētum. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad caput et vnū ad pedes vbi positum fuerat corpus iesu. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Q2 tulerunt dn̄m meū: et nescio vbi posuerunt eū. Hec cū dixisset: conuersa est retrorsum. Et vidit iesum stantē et nesciebat q2 iesus est. Dixit ei iesus. Mulier quid ploras? Quē queris? Illa autē existimās q2 ortolan⁹ esset dicit ei. Dn̄e si tu sustulisti eū: dicito michi vbi posuisti eum: & ego eū tollā. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa: dicit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei iesus. Noli me tāgere: nondum eni ascendi ad patrē meum. Uade autem ad fratres meos et dic eis. Ascendo ad patrem meum & patrē vestrū: deū meū & deum vestrum. Uenit maria magdalene annunciās discipulis: q2 vidi dn̄m: et hec dixit michi. Credo. Offert. In die solēnitatis v're dicit dn̄s īducam vos i terrā fluētē lac & mel all'a. Secre.

Suscipe dn̄e munera pp'lorū tuorꝝ p̄picius: vt i cōfessiōe tui nōis & baptismate renouati: sēpiternā beatitudinē consequantur. Per do. Prefatio. Et te quidē. & Cōmunicantes. et Hanc igitur. Cōio. Populus acquisitiōis annūciate virtutes eius all'a: q̄ nos de tenebris vocauit i admirabile lumen suū. All'a. Postcōio.

Exaudi domine preces n'ras: vt redemptiōis n're sacrosācta cōmercia: et vite nobis conferāt p̄sentis auxiliū et gaudia sempiterna cōciliēt. Per. ¶ Fer. vi. Offi.



Duxit eos dn̄s i spe alleluya all'a et inimicos eorꝝ operuit mare all'a all'a all'a. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio

Omnipotēs sempiterne deus qui paschale sacramentum i reconciliationis humane federe cōtulisti: da mentibus n'ris vt qđ professiōe celebram⁹: imitemur effectu. Per. ¶ Lec. ep'le b'ti petri ap'li. i. iii.

Charissimi Christus semel p peccatis nostris mortu⁹ est: iust⁹ p iniustis: vt nos offerret deo: mortificatos quidem carne: viuificatos aūt sp̄ū. In quo et his qui in carcere conclusi erāt spiritualiter veniens predicauit: qui increduli fuerāt aliquādo qn̄ expectabāt dei patientiā in dieb⁹ noe dū fabricaretur archa: in qua pauci: id est octo anime salue facte sūt per aquā. Quod et nos nūc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordiū sed cōscientie bone iterrogatio in deū. Per resurrectionem iesu christi dn̄i nostri: q̄ est in dextera dei Gradale Hec dies. ℣. Benedictus q̄ venit in nōie dn̄i: deus dn̄s & illuxit nobis. All'a. ℣. Surrexit altissim⁹ de sepulchro qui pro nobis pepēdit i ligno. Seqn̄tia

Jam vet⁹ expurget' vt sincere celebret' noua resurrectio. Hec est dies n're spei: hui⁹ mira vis diei: legis testimonio. Hec egiptum spoliauit & hebreos liberauit: de fornace ferrea. His in arto constitutis op⁹ erat seruitutis: lutū later palea.

Iā diuine laus virtutū iā triumphi iā salutis: nox erūpat libera. Hec est dies quā fecit dn̄s dies nr̄i doloris termin⁹ dies salutifera. Lex est vmbra futurorum xp̄s finis p̄missorum qui cōsūmat oia. Xp̄i sanguis igneam hebetauit rumpheā ammota custodia. Puer nr̄i forma risus pro quo veruex est occis⁹ vite signat gaudiū Joseph exit de cisterna iesus redit ad superna: post mortis supplicia. Hic draco pharaonis draco vorat a draconis immunis malicia. Quos ignitus vulnerat hos serpētis liberat enei presentia. Anguem forat in maxilla christ⁹ hamus ꝫ armilla in cauerna reguli. Manum mittit ablactatus ꝫ sic fugit exturbat⁹ vetus hospes seculi. Irrisores helisei dum conscēdit domū dei: zelum calui sentiunt. Dauid arrepticius hirc⁹ emissarius et passer effugiunt. In maxilla mille sternit ꝫ de tribu sua spernit sampson matrimonium. Sampson gaze seras pandit et asportās portas scādit mōtis supercilium. Sic de iuda leo fortis: fractis portis dire mortis die surgēs tercia. Rugiente voce p̄ris ad superne sinū m̄ris tot reuexit spolia. Cetus ionam fugitiuum veri ione signatiuū post tres dies reddit viuum de vētris angustia. Botrus cypri reflorescit dilatatur ꝫ excrescit: sinagoge flos marcessit ꝫ floret ecclesia. Mors ꝫ vita cōflixere resurrexit xp̄s vere: ꝫ cū xp̄o surrexere multi testes glie. Mane nouū mane letū vespertinū tergat fletum q̄r vita vicit letū temp⁹ est leticie. Jesu victor / iesu vita / iesu vite via trita / cuius morte mors sopita / ad paschalē nos inuita mensam cū leticia. Viue panis viuax vnda vera vitis et fecūda: tu nos pasce tu nos munda: vt a morte nos secunda tua saluet gratia. ¶ Scd̄m matheū. xxvi.

In illo t̄pe. Undecim discipuli abierūt in galileā: in mōte vbi cōstituerat illis ies⁹. Et vidētes eū adorauerūt: q̄dam aūt dubitauerūt. Et accedens ies⁹ locutus est eis dicēs. Data est michi oīs potestas: i celo ꝫ i terra. Eūtes ergo docete oēs gentes baptizātes i eos in noīe p̄ris ꝫ filii ꝫ sp̄us scti docētes eos seruare oīa quecunq̄ vobis mādaui. Et ecce ego vobiscū sum oībus dieb⁹: vsq̄ ad cōsūmationē seculi. Credo. Offr. Erit vobis hec dies memorialis alla: et diem festū celebrabitis solēnē dn̄o in progenitis vestris legitimum sempiternum diem alleluya alla alla. Secreta.

Hostias q̄s dn̄e placat⁹ assume: quas et pro renatorū expiatiōe pcti deferim⁹: et pro acceleratione celestis auxilii. Per do. Prefa. Et te quidem. Cōmunicātes. Hāc igitur. Cōio. Data est michi oīs potestas i celo et i terra alla: eūtes docete oēs gētes baptizantes eos in noīe p̄ris ꝫ filii et spiritus sancti alla alla. Postcōio.

Respice q̄sumus dn̄e populū tuum ꝫ quem eternis dignatus es innouare mysteriis: a temporalibus culpis dignāter absolue. Per dn̄m. ¶ Sabbato. Officium.

Eduxit dn̄s populū suū in exultatione alla ꝫ electos suos in leticia alleluya alleluya. ps. Confitemini domino ꝫ inuocate nomen eius: annūciate inter gentes opera eius. Or.

Concede quesumus oīpotēs deus: vt qui festa paschalia venerando egimus: per hec cōtingere ad gaudia eterna mereamur. Per do. ¶ Lec. ep̄le bti petri ap̄li. ii.

Charissimi. Deponētes oēm maliciā ꝫ omnē dolū ꝫ simulatiōes ꝫ inuidias: ꝫ oēs detractiōes. Sicut modo geniti infantes rationabiles ꝫ sine dolo lac ꝯcupiscite: vt

in eo crescatis ī salutē: si tamē gusta
tis qm̄ dulcis est dn̄s. Ad quē acce-
dentes lapidem viuū ab hominibꝰ
quidē reprobatū: a deo autē electū
et honorificatū: ⁊ ipsi tanq̄ lapides
viui superedificamini domos spiri
tuales sacerdotiū sanctū offerentes
spirituales hostias acceptabiles deo
per iesum christum. Propter quod
continet scriptura. Ecce ponam in
syon lapidem summū angularem
probatū electū preciosum: ⁊ qui cre-
diderit in eū nō confūdetur. Uobis
igitur honor credētibꝰ nō credētibꝰ
aūt: lapis quē reprobauerūt edificā
tes: hic factꝰ est in caput anguli. Et
lapis offēsionis ⁊ petra scādali: his
qui offendunt verbo nec credunt in
quo et positi sunt. Uos autē genus
electum regale sacerdotiū: gens san
cta populus acquisitionis: vt virtu
tes annuncietis eius qui de tenebris
vos vocauit: in admirabile lumen
suū. Qui aliquando non populus:
nunc autē populus dei. Et qui non
consecuti misericordiā: nunc autem
miam cōsecuti. Alla. Vꝰ. Hec dies quā
fecit dominus exultemus ⁊ letemur ī ea.
Alleluya. Vſꝰ. Laudate pueri dominum
laudate nomen domini. Sequentia.

Dic nobis quibꝰ etheris no-
ua cūcto mūdo nūciās gau
dia. Nostrā rursus visitans patriā
Respondēs placido vultu clara vo
ce dixit alla. Angelꝰ michi de christo
indicauit: pia miracula. Resurrexis
se dn̄m syderū cecinit voce laudan-
da. Mox ergo pēnas volucrꝫ vacu
as dirigēs leta per auras. Redit fa-
mulis vt dixit vacuatā legē veterē
et nouā regnare grām. Itaqꝫ plau
dite famuli voce clara. Christꝰ ho-
die redemit nos a morte dira. Pater
filiū tradidit seuis vt iterimeret ꝑ
salute nr̄a. Spōte subiit filius mor
tem vt nos redimeret morte ab eter
na. Nunc requiem capere licet om-
nibus ⁊ vita frui perpetua. Nūc co
lite mecū pariter famuli celebri lau-
de sactum pascha. Christus est pax
nostra. Secundū iohannem. xx.

In illo tp̄e. Una sabbati ma-
ria magdalene venit mane
cū adhuc tenebre essēt ad monumē-
tū: ⁊ vidit lapidem sublatū a monu
mēto. Cucurrit ergo ⁊ venit ad sy-
monē petrū ⁊ ad aliū discipulū quē
amabat iesus: ⁊ dicit eis. Tulerunt
dn̄m de monumēto: ⁊ nescimꝰ vbi
posuerūt eū. Exiit ergo petrus ⁊ ille
aliꝰ discipulꝰ: ⁊ venerunt ad monu
mētū. Currebāt aūt duo simul: ⁊ il
le aliꝰ discipulus precucurrit citiꝰ pe
tro: ⁊ venit prior ad monumētum.
Et cū se inclinasset: vidit posita lin-
theamina: non tñ itroiuit. Uenit er
go symon petrus sequēs et itroiuit
in monumētū. Et vidit lintheami
na posita: ⁊ sudariū qđ fuerat super
caput iesu nō cū lintheaminibꝰ po-
sitū sed separatim inuolutū in vnū
locū. Tunc ergo itroiuit ⁊ ille disci
pulꝰ q̇ venerat primꝰ ad monumē
tū: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nōdū eni scie-
bant scripturas: q2 oporteret eum a
mortuis resurgere. Credo. Offr.
Benedictus qui venit in nomine domi-
ni: benediximus nos de domo dn̄i deus
dn̄s et illuxit nobis alleluya. Secreta.

Concede q̄sumus dn̄e semp
nos per hec misteria pascha
lia gratulari: vt ꝯtinua nr̄e repara
tionis operatio perpetue nobis fiat
causa leticie. Per do. Prefatio. Et te
quidē. Cōmunicātes. Hāc igitur.
Cōio. Omnes qui in christo baptizati
estis christum induistis alla. Postcōio.

Redemptionis nostre mune
re vegetati q̄s dn̄e: vt ꝑ hoc
perpetue salutis auxilium fides sem
per vera perficiat. Per dn̄m nr̄m.
Dn̄ica in octa. pasche. Officiū.

Quasi modo geniti infan-
tes alla rationabiles si-
ne dolo lac concupiscite
alla alla all. ℣. Exultate
deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob. Or.

Presta qs ops de9 vt qui pa-
schalia festa peregim9 hec te
largiente morib9 et vita teneamus
Per do. ¶ Tp̄e quidē isto: die dñi-
ca vel festo .ix. lec. dr̄ tm̄ vna oro: ni-
si festū veniat de quo fiet memoria
et tūc cōcludātur sub vna cōclusio-
ne: sicut et semp debent quādo tātū
due sunt. Diebus vero ferialib9 di-
cuntur .iii. vel .v. si necesse fuer. Pri-
ma: scz pertinens ad missā: relique
vero vnde fuerint memorie in ma-
tutinis et alie ad nutū succentoris.
¶ Lec. ep̄le bti iohannis apl'i .i. v.

Charissime. Omne qd natū
est ex deo: vincit mundū. Et
hec est victoria q̄ vincit mundū: fi-
des nr̄a. Quis est aūt q̄ vincit mun
dū: nisi q̄ credit qm̄ ies9 est fili9 dei:
Hic est q̄ venit per aquā ⁊ sāguinē:
iesus xp̄s. Nō in aqua solum: sed in
aqua ⁊ sanguine. Et sp̄us est qui te
stificatur qm̄ xp̄s est veritas. Quia
tres sunt q̄ testimoniū dāt in terra:
spirit9 aqua et sanguis. Et tres sūt
qui testimoniū dant in celo: pater et
filius ⁊ sp̄us sāctus. Et hi tres vnū
sunt. Si testimonium hoīm accipi-
mus: testimonium dei maius est.
Qm̄ hoc est testimoniū dei qd ma-
ius est: q2 testificatus est de filio suo
Qui credit i filiū dei: hz testimoniū
dei in se. Alla. ℣. Post dies octo ianuis
clausis stetit ies9 i medio discipulorum suorum
et dixit eis: pax vobis. Iste ℣s cū suo
Alla. dicat primo loco qn̄ agit de fe-
ria p totā ebdomadā. Alla. ℣. Ange-
lus dñi descēdit de celo: ⁊ accedēs reuol-
uit lapidem et sedebat super eum. Se-
quētia. Mane prima sabbati dicat
tm̄ in dñica. Qn̄cūqz duo. Alla cā-
tant in vna missa primū. Alla. post
℣. nō iteratur: sz scd'm tm̄. Et si vn
vnū. Alla. sit i aliqua missa tūc Alla.
iterat post versū vt i rogatiōibus.
Subsequēter aūt ista p ebdomadā
scd'o loco dicenda vsqz ad ascēsionē
cum de feria dr̄ vcz. Feria .ii. Alla. ℣.
Surrexit dominus vere ⁊ apparuit pe-
tro. Feria .iii. Alla. ℣. Surrexit xp̄s ⁊ il-
luxit pplo suo quē redemit ipse sanguine
suo. Fer. iiii Alla. ℣. Surgēs iesus dn̄s
noster stans in medio discipulorum ⁊ dixit:
pax vobis. Fer. v. All. ℣. Surrexit xp̄s
q̄ creauit oīa ⁊ misertus est humano ge-
neri. Feria. vi. Alla. ℣. xp̄s resurgēs ex
mortuis iam nō moritur mors illi vltra
nō dn̄abitur. Sabbato. Allā. ℣s. Ite
nunciate fratribus meis vt eant in gali-
leam ibi me videbunt. ¶ Sequentia.

Mane prima sabbati surgēs dei
filius nr̄a spes ⁊ glīa Victo
rege sceleris rediit ab iferis cū summa
victoria. Cuius resurrectio oī plena
gaudio ꝯsolat oīa. Resurgentis ita
qz maria magdalene facta est pnūn-
cia Ferēs xp̄i fratrib9 ei9 morte tri-
stib9 expectata gaudia. O bti oculi
qb9 regē seculi morte iam deposita
prima est ituita. Hec est illa femina cu-
ius cūcta crimina ad xp̄i vestigia e-
i9 lauit gr̄a. Que dū plorat ⁊ mēs
orat facto clamat qd cor amat iesū
sup oīa Nō ignorat quē adorat qd
pcēt sic delet quod mēs timet ꝯscia:
O maria mater pia stella maris ap
pellaris operum per merita. Matri
xp̄i coequata dū fuisti sic vocata sed
honore subdita Illa mūdi iperatrix
ista beata peccatrix leticie primor-
dia fuderūt in ecclesia. Illa eni fuit
porta p quā fuit lux exorta: hec resur
gētis nūcia mūdū replet leticia. O
maria magdalena audi vota lau-
de plena apud christū chorū istū cle
menter concilia. Ut fons summe pi
etatis qui te lauit a peccatis seruos

suos atq; tuos mundet data venia. Amen dicant omnia. Omnib⁹ dñi cis dñicaliter dictis ab octa. pasche vsq; ad ascensionē domini dicit̃ sequentia. Victime paschali vt supra

¶ Secundum iohannem. xx.

In illo tp̃e. Cũ esset sero die illo vna sabbatorũ et fores essent clause vbi erãt discipuli cõgregati propter metũ iudeoꝝ: venit iesus ⁊ stetit in medio: ⁊ dixit eis Pax vobis. Et cũ hoc dixisset: ostẽdit eis manus ⁊ lat⁹. Gauisi sũt ergo discipuli: viso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hoc cum dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritũ sanctum. Quorũ remiseritis peccata remittũtur eis. Et quorũ retinueritis: retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dñm. Ille autẽ dixit eis. Nisi videro in manib⁹ eius fixurã clauorũ: ⁊ mittã digitũ meũ i locũ clauoꝝ: et mittã manũ meã in latus ei⁹: nõ credã. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus: ⁊ thomas cũ eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio et dixit eis. Pax vob. Deinde dicit thome. Infer digitũ tuũ huc: ⁊ vide man⁹ meas ⁊ affer manũ tuã et mitte i latus meũ ⁊ noli esse incredul⁹ sed fidelis. Respõdit ei thomas ⁊ dicit ei. Dñs meus ⁊ de⁹ me⁹. Dicit ei ies⁹. Qr vidisti me thoma credidisti: beati qui nõ viderũt ⁊ crediderũt. Multa quidem ⁊ alia signa fecit iesus in cõspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine eius. Credo. Offertorium Angelus domini descendit de celo ⁊ dixit mulieribus quẽ queritis: surrexit sicut dixit allã. Secreta.

Suscipe munera q̃s dñe exultãtis ecclesie et cui causã tanti gaudii prestitisti: perpetuum fructum concede leticie. Per do. Prefa. Et te quidẽ omni tp̃e sed in hoc po. Cõio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorum allelu ya ⁊ noli esse incredulus sed fidelis allã allã. Postcõio.

Quesumus dñe de⁹ noster vt sacrosãcta misteria q̃ pro reparatiõis nr̃e munimine ɔtulisti: et presens nobis remediũ facias esse ⁊ futurũ. Per do. Fer. ii. Ad missam. Offm. Quasi modo geniti. p̃s. Exultate. Orõ. Presta q̃s. Memo. vt s. ep̃la. Omne qđ natũ est. Allã. v̾. Post dies octo. scdm. Allã. v̾. Surrexit dñs vere. Euãgel. Cũ esset sero. Offert. Angelus dñi. Secreta. Suscipe munera. Prefatio cõis et cetera vt i dñica cũ Stdicam⁹ dño. ¶ Et sciendum est q qñ die lune vel die martis vel die iouis cãtatur de feria legent̃ epistole et euãgelia q̃ in dñica nisi forte festo aliquo impediente non posset legi. iiii. fer. vel. vi. epistole ⁊ euãgelia pertinentia ad ipsas ferias: vel alia forte ratione omitterent̃: vt i capella siue ecclesia parrochiali: p obitu vel desponsatione vel huiusmodi: et tunc fiat prout notatur fer. iiii. in aduen. ¶ Fer. iiii. Ad hebre. xiii.

Fratres. Obedite prepositis vr̃is ⁊ subiacete eis. Ipsi eĩ peruigilãt quasi rationẽ pro aĩab⁹ vr̃is reddituri vt cũ gaudio hoc faciant: ⁊ nõ gementes. Hoc eni expedit vobis. Orate p nobis. Cõfidimus eni q̃r bonã cõsciẽtiã haben⁹ in oĩbus bene volentes conuersari. Ampli⁹ aũt deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus auten pacis qui eduxit de mortuis pastorẽ magnum ouiũ i sauguine

testamenti eterni dominū nostrum iesū christum: aptet vos ī omni bo no vt faciatis voluntatem eius: faciens in vobis quod placet corā se. Per iesū xp̄m cui est gloria: ī secula seculoꝝ. ¶ Secundū marcum. xvi.

In illo tēpore. Surgēs iesus mane prīa sabbati apparuit primo marie magdalene de qua eie cerat septē demonia. Illa autē p̄currens: nunciauit his qui cū eo fuerāt lugentibus ꝛ flētibus. Et illi audiē tes quia viueret et visus esset ab ea: non crediderūt. Post hec autē duo bus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie: euntibus in villā. Et illi euntes nūciauerunt ceteris.

¶ Feria. vi. Ad romanos quinto.

Fratres. Cū adhuc essemus infirmi: christus secundum carnem p̄ impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan q̄s audeat mori. Cōmendat autem suam charitatē in nobis deus: quoniā adhuc cū peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Multomagis igitur iustificati nunc ī sanguine ipsi⁹: salui erimus ab ira per ipsum. Si enī cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius: multomagis reconsiliati: salui erimus in vita ipsius. Per dn̄z nostrū: iesū xp̄m. ¶ Secundū matheum. xxvi.

In illo tēpore. Exierunt mulieres cito de monumēto cū timore ꝛ gaudio magno: currentes nunciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis: dicens. Auete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum. Tūc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nūciate fratribus meis vt eant in galileam: ibi me videbūt. Que cū abiissent: ecce quidā de custodibus venerūt in ciuitatem ꝛ nūciauerunt principibus sacerdotū oīa que facta fuerant. Et congregati cū senioribus: consilio accepto: pecuniam copiosā dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt et furati sunt eum: vobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit a preside: nos suadebim⁹ ei ꝛ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbū istud apd̄ iudeos: vsqꝫ in hodiernum diem. ¶ Dn̄ica secunda post octa. pasche. Officiū.



Misericordia domini plena est terra: all'a. verbo dei celi firmati sunt alleluya all'a. ℣. Exultate iusti ī dn̄o: rectos decet collaudatio. Orō.

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundū erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede leticiam: vt quos perpetue mortis eripuisti casibus/ gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundē do.

¶ Lctō ep̄le beati petri apostoli. i. ii.

Charissimi. Xp̄s passus est p̄ nobis: vobis relinquēs exēplū vt sequamini vestigia ei⁹. Qui peccatū non fecit: nec inuēt⁹ est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur: non maledicebat. Cum pateretur: non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste: q̄ peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iusticie viuamus cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nūc ad pastorē et episcopū: animarum vestrarū. Alleluya. ℣. Ego sum pastor bon⁹ ꝛ cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. ¶ Iste ℣ s'cū suo All'a. dicit primo loco: quando agitur de feria p̄ ebdomadā. Alleluya. ℣. Respondens autem angelus dixit mulierib⁹: quē queritis: Ille autē dixerunt iesum nazarenū.

¶ Notādū q̄ in oībus dn̄icis dn̄i-
caliter dictis ab octa. pasche vsq̄ ad
ascensionem dicitur. Sequētia. Vi-
ctime. ¶ Secundum iohannem. x.
In illo tēpore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Ego sū pastor
bonus. Bonus pastor aīam suam
dat pro ouibus suis. Mercennariꝰ
autem ⁊ qui non est pastor cuiꝰ non
sunt oues proprie: videt lupum ve-
nientem et dimittit oues ⁊ fugit. Et
lupus rapit ⁊ dispergit oues. Mer-
cennariꝰ autē fugit qꝛ mercennariꝰ
est: et non pertinet ad eū de ouibus.
Ego sum pastor bonus. Et cogno
sco meas ⁊ cognoscunt me mee. Si
cut nouit me pater: et ego agnosco
patrem: ⁊ animā meā pono p̄ oui-
bus meis. Et alias oues habeo que
non sunt ex hoc ouili: et illas opor-
tet me adducere ⁊ vocem meam au-
dient. Et fiet vnū ouile: et vnus pa-
stor. Offertorium Deus deus meus
ad te de luce vigilo: et in nomine tuo le-
uabo manus meas. Allelupa. Secreta.
Benedictionē dn̄e nobis con
ferat salutarē sacra semp̄ ob
latio vt quod agit misterio/ virtute
perficiat. Per dn̄m. Prefatio. Et te
quidem omni tēpore: sed in hoc po.
Cōio Ego sum pastor bonus alla: ⁊ co-
gnosco oues meas et cognoscūt me mee.
Allelupa allelupa. Postcommunio.
Presta nobis q̄s omp̄s deꝰ:
vt viuificationis tue gratiā
consequentes: in tuo semper mune-
re glorienur. Per dn̄m. ¶ Fer. iiii.
¶ Lectio epistole bti petri apli. i. i.
Charissimi. Sciētes q̄d non
corruptibilibus auro vel ar
gento redēpti estis de vana vestra
cōuersatiōe paterne traditionis: sed
p̄cioso sāguine quasi agni inconta
minati ⁊ imaculati xp̄i. Precogniti
quidē ante mūdi cōstitutionē: ma-
nifestati aūt nouissimus tēporibus
propter vos q̄ per ipsū fideles estis
i deo. Qui suscitauit eū a mortuis:
⁊ dedit ei gloriā vt fides vr̄a et spes
esset in dn̄o. Animas vestras casti-
ficātes i obediētia caritatis: i frater-
nitatis amore. Simplici ex corde in
uicē diligite attētius renati nō ex se-
mine corruptibili sꝫ icorruptibili p̄
verbū dei viui ⁊ p̄manētis i eternū.
Quia oīs caro vt fenum: et omnis
gloria eius tanq̄ flos feni. Exaruit
enim fenum et flos eius decidit: ver
bum autem domini: manet in eter-
num. ¶ Secundum lucam. xx.
In illo tp̄e. Una sabbati val-
de diluculo venerunt mulie-
res ad monumētū: portātes que pa
rauerāt aromata. Et inuenerūt la-
pidē reuolutū a monumento: ⁊ in-
gresse nō inuenerūt corpus dn̄i iesu
Et factū est dū mēte consternate essēt
de isto ecce duo viri steterūt iuxta il-
las i veste fulgenti. Cū timerēt aūt
⁊ declinarent vultū in terrā dixerūt
ad illas. Quid q̄ritis viuētē cū mor
tuis? Nō est hic: sꝫ surrexit. Recorda
mini qualiter locutꝰ sit vobis cum
adhuc in galilea esset dicens. Quia
oportet filiū hoīs tradi in manꝰ pec
catorū ⁊ crucifigi: ⁊ tercia die resurge
re. Et recordate sūt verborū eius: et
regresse a monumento: nūciauerūt
hec oīa illis vndecim et ceteris oībꝰ.
Erat aūt maria magdalene ⁊ iohā
na et maria iacob ⁊ cetere q̄ cum eis
erāt: q̄ dicebāt ad apostolos hec. Et
visa sūt ante illos sicut deliramenta
verba ista: ⁊ nō credebāt illis. Petrꝰ
aūt surgēs cucurrit ad monumen-
tū: ⁊ p̄cūbēs vidit lintheamina sola
posita. Et abiit secum mirās: q̄d fa
ctū fuerat. Fer. vi. Ad corin. xv.
Fratres. Sicut i adam oēs
moriūtur: ita et in xp̄o oēs
viuificabunt. Unusquisqꝫ aūt in suo
ordine. Primitie xp̄s: deinde hi q̄ sūt

christi: qui in aduentu eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnū deo et patri: cū euacuauerit omnē principatū et potestatē et virtutem. Oportet aūt illū regnare donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruet mors. Omnia autē subiecit sub pedibus ei9. Cū autē dicat omnia subiecta sūt ei: sine dubio preter eū qui subiecit sibi omnia. Cum autē subiecta fuerint illi omnia: tūc et ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia: vt sit de9 omnia in omnibus. Scdm matheum. ix.

In illo tēpore. Accesserunt ad iesum discipuli iohannis: dicētes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequēter: discipuli autem tui non ieiunāt. Et ait illis iesus. Numquid possūt filii sponsi lugere q̄diu cū illis est sponsus? Venient autē dies cū auferetur ab eis sponsus: et tūc ieiunabunt. Nemo autē immittit cōmissurā panni rudis: in vestimētū vetus. Tollit enim plenitudinē ei9 a vestimento: et peior scissura fit. Neq3 mittunt vinū nouum i vtres veteres: alioquin rumpūtur vtres et vinum effūditur et vtres pereunt. Sed vinum nouum i vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur.

¶ Dñica. iii. post pascha. Officiū.

Iubilate deo oīs terra alleluya psalmum dicite nomi ei9 alla: date gloriā laudi ei9 alla all. all. ps Dicite deo q̄m terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue. Or o.

Deus qui errātib9 vt in viā possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis q̄ christiana professiōe censētur et illa respuere que huic inimica sunt nomi: et ea que sunt apta sectari. Per dñm.

¶ Lectio ep̄le beati petri apli. i. ii.

Charissimi. Obsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos: abstinere vos a carnalibus desideriis que militāt aduersus aīam. Cōuersationē vestrā inter gentes habentes bonā: vt in eo q̄ detractāt de vobis: tanq̄ de malefactorib9 ex bonis operibus vos considerātes: glorificent deū in die visitationis. Subiecti estote omni humane creature: pter deum. Siue regi quasi precellēti: siue ducibus tanq̄ ab eo missis ad vindictā malefactorū laudem vero bonorū. Quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorātiam. Quasi liberi et non quasi velamen habentes malicie libertatē: sed sicut serui dei. Omēs honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui subditi estote: in omni timore dñis. Nō tantum bonis et modestis: sed etiam discolis. Hec est enim gratia. In christo iesu: dño nostro. Alla. ℣ Modicū et non videbitis me dicit dñs et iterū modicū et videbitis me: quia vado ad patrē. Alleluya. ℣ In die resurrectiōis mee dicit dominus precedam vos in galileam.

Feria. ii. primo loco Alleluya. ℣ Iterum autē videbo vos et gaudebit cor vestrū et gaudiū vrm nemo tollet a vobis.

Hi duo versus Modicū. Iterū. dicant p ebd. alternatim primo loco. q̄n de feria agitur. Sequētia Victime paschali. vts. ¶ S. iohāne. xvi.

In illo tpe. Dixit ies9 discipulis suis. Modicū et iā non videbitis me et iterū modicū et videbitis me: q2 vado ad patrē. Dixerunt ergo ex discipulis ei9 adiuicē. Quid est hoc qd dicit nobis modicū et iā non videbitis me: et iterū modicū et videbitis me: et q2 vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid lo-

quitur. Cognouit autē iesus q2 volebāt eum interrogare: & dixit eis. De hoc queritis inter vos q2 dixi modicū & non videbitis me: & iterū modicū & videbitis me. Amen amen dico vobis: q2 plorabitis et flebitis vos: mūdus aūt gaudebit. Vos autem contristabimini: s3 tristicia vr̄a vertetur in gaudiū. Mulier cū parit tristiciā habet: q2 venit hora ei9. Cum autē peperit puerū iā non meminit pressure propter gaudiū: q2 natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidē tristiciā habetis. Iterū autē videbo vos: et gaudebit cor vr̄m. Et gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis. Offert. Lauda aīa mea dn̄m laudabo dominum in vita mea psallam deo meo q̄diu fuero: allelura. Secreta.

His nobis dn̄e misteriis cōferatur quo terrena desideria mitigātes discam9 amare celestia. Per do. Prefa. Et te quidem oī tpe sed ī hoc po. Cōio. Modicū & nō videbitis me alla iterum modicū & videbitis me: q2 vado ad patrē alla al. Postcōio.

Sacramēta que sumpsimus domine quesum9: & spiritualibus nos instruant alimentis & corporalibus tueantur auxilius. Per d.

Fer. iiii. Lctō eple bti iohā. apo. i. i.

Charissimi. Hec scribo vobis vt nō peccetis. Sed & si quis peccauerit aduocatū habemus apd patrē iesū xp̄m iustū & ipse est propiciatio pro peccatis nr̄is. Nō p nr̄is aūt tantū: sed etiā pro totius mūdi. Et ī hoc scim9 qm̄ cognouim9 eū: si mandata ei9 obseruem9. Qui dicit se nosse eū & mādata ei9 nō custodit: mendax est: et veritas in eo non est. Qui aūt seruat verbū eius: vere ī hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus qm̄ in ipso sum9: si ī ipso perfecti fuerim9. Qui dicit se ī ipso manere: debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Charissimi: non mandatū nouū scribo vobis: sed mādatū vet9: qd̄ habuistis ab initio. Mādatum vetus est: verbū quod audistis. Iterū mandatū nouum scribo vobis: quod verum est in ipso et in vobis qm̄ tenebre transierunt et lumen verū iam lucet. Per iesū xp̄m: dn̄m nr̄m. Scdm̄ iohannem. iii.

In illo tēpore. Facta est questio ex discipulis iohānis cū iudeis de purificatione: et venerunt ad iohannē & dixerūt ei. Rabbi: qui erat tecū trās iordanē cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat & oēs veniūt ad eū. Respondit iohannes: & dixit. Non potest hō accipere quicq̄ nisi fuerit ei datū de celo. Ipsi vos michi testimoniū perhibetis quod dixerim vobis: ego nō sū christus: s3 q2 missus sum āte illū. Qui habet sponsam sponsus est. Amic9 autē sponsi qui stat & audit eū: gaudio gaudet ppter vocē sponsi. Hoc ergo gaudiū meū impletū est: illū oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum venit super oēs est. Qui aūt de terra est de terra loqtur. Qui de celo venit super oēs est. Et quod vidit & audiuit hoc testatur: et testimoniū eius nemo accipit. Qui autem accipit eius testimonium: signauit quia deus verax est. Quem enī misit deus verba dei loquit. Nō enim ad mensuram: dat deus spiritum. Pater diligit filium: et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium: habet vitā eternam. Qui autem incredulus est filio: nō habet vitam. Sed ira dei manet super eum.

Feria sexta. Ad romanos. xiiii.

Fratres. Nemo nostrū sibi viuit: et nemo sibi moritur. Siue enī viuim9 dn̄o viuim9: siue morimur dn̄o morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: dn̄i sum9.

In hoc enim xps mortuus est et resurrexit: vt et mortuorum et viuorum dominetur. Tu autem qd iudicas fratrem tuum: aut quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal dñi. Scriptum est enim Viuo ego dicit dñs qm michi flectetur omne genu: et omnis lingua cõfitebitur domino. Itaq unusquisq nostrum: pro se rationem reddet deo. ¶ Secundum iohannem. xii.

In illo tpe. Dixit ies discipulis suis. Ego lux in hunc mundum veni: vt ois qui credit in me: in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea et non custodierit: ego nõ iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluificem mundum. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso nõ sum locutus: sed qui misit me pater ipse michi mandatum dedit quid dicam: et quid loquar. Et scio quia mandatum eius: vita eterna est. Que ergo ego loquor sicut dixit michi pater sic loquor.

¶ Dñica. iiii. post pascha. Officium.

Cantate domino canticum nouum alleluya quia mirabilia fecit dñs alleluya: ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam alla alleluya alla. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Oratio.

Deus qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare qd precipis id desiderare quod promittis. vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sit corda: vbi vera sunt gaudia. Per.

¶ Lectio epl'e beati iacobi apli. i.

Charissimi. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminum Apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem ois homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum: et tardus ad iram. Ira enim viri: iusticiam dei nõ operatur. Propter quod abiicientes omnem immundiciam et habundantiam malicie: in mansuetudine suscipite insitum verbum. Quod potest saluare: aias vestras. Alla. V. Vado ad eum qui misit me: sed quia hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrum. Alla. V. Surrexit dñs et occurrens mulieribus ait. Auete: tunc accesserunt et tenuerunt pedes eius. Fe. ii. prio loco. Alla. V. Vado ad eum qui misit me et nemo ex vobis interrogat me quo vadis: sed quia hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrum. duo vsus. Vado. et Vado. dicatur per ebdomadam alternatim prio loco quando de feria agitur. Sequentia. Victime. &c. vt s. ¶ Scdm iohannem. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato: et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia vero quia ad patrem vado: et iam nõ videbitis me. De iudicio autem quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso sed quecunq audiet loquetur: et que ven-

tura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annunciabit vobis. Offer. Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra psalmum dicite nomini eius: venite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee alleluia. Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificii veneranda commercia vnius summeque diuinitatis participes esse fecisti: presta quesumus vt sicut tuam cognoscimus veritatem sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum. Prefatio. Et te quidem Coio. Dum venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. Alleluya alleluya. Postcoio.

Adesto nobis quesumus domine deus noster: vt per hec que fideliter sumpsimus et purgemur a viciis: et a periculis omnibus eruamur. Per. ¶ Fe. ii. ad missam que in dominica: sed ferialiter cum. Alleluia. secundo loco dicendo vt supra. ¶ Feria. iiii. Ad thessalo. i. v.

Fratres. Omnes vos filii lucis estis: et filii diei. Nos non sumus noctis: neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt: et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii simus: induti loricam fidei et caritatis et galeam spem salutis. Quoniam non posuit nos dominus in iram: sed in acquisitionem salutis: per dominum nostrum iesum christum: qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem: et edificate alterutrum. In christo iesu: domino nostro. ¶ Secundum iohannem. xvii.

In illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: vt sint vnum sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui: et nemo ex eis periit nisi filius perditionis: vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: et hec loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo: sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut et ego non sum de mundo. Pater sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum et ego misi eos in hunc mundum et pro eis sanctifico me ipsum vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tantum: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint vt mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnum sumus: et ego in eis et tu in me vt sint consummati in vnum vt cognoscat mundus quia tu me misisti: et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo: vt vbi ego sum et illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti michi quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste mundus te non cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum: et notum faciam vt dilectio qua me dilexisti in ipsis sit: et ego in ipsis. ¶ Feria sexta. Ad corinthios. xv.

Fratres. Gratias agimus deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnum filii dilectionis sue. In quo habemus redemptionem in remissionem peccatorum: qui est

ymago dei inuisibilis: primogenitus omnis creature: quia in ipso condita sunt uniuersa in celo et in terra visibilia et inuisibilia: siue throni siue dominationes: siue principatus: siue potestates. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes et in ipso omnia constant. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principium primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens: iesus christus dominus noster. ¶ Secundum iohannem. xiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Filioli: adhuc modicum vobiscum sum. Queretis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis: ut diligatis inuicem sicut dilexi vos ut et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei symon petrus. Domine quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autem postea.

¶ Dominica. v. post pascha. Officium

Vocem iocunditatis annunciate et audiatur alleluia: nunciate usque ad extremum terre: liberauit dominus populum suum alleluya alleluia. Ps. Iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Oratio.

Deus a quo bona cuncta procedunt largire supplicibus: ut cogitemus te inspirante que recta sunt et te gubernante eadem faciamus. Per do. ¶ Le. epi. beati iacobi apostoli. i.

Carissimi Estote factores verbi et non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abiit: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis et permanserit in ea: non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse: non refrenans linguam suam: sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem hec est. Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. Et immaculatum se custodire: ab hoc seculo. Alleluia. V. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo: petite et accipietis. Alleluya. V. Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Seq. Victime. vts. ¶ Se. iohannem. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite et accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum. Hec in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis: sed palam de patre meo annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et nunc dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis et credidistis: quia a deo exiui. Exiui a patre et veni in mundum. Iterum relinquo mundum: et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris: et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia et non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi. Offer. Benedicite gentes dominum deum nostrum et obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam et non dedit commoueri pedes meos benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me alleluia. Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hec pie deuotionis officia: ad celestem gloriam transeamus. Per. Prefatio. Et te quidem. Co. Can-

tate domino alla: cantate domino benedicite nomen eius bene nunciate de die in diem salutare eius alleluya. Postcōio.

Tribue nobis domine celestis mense virtute satiatis: et desiderare que sunt recta: et desiderata percipere. Per dn̄m nr̄m iesū.

¶ Feria .ii. i rogationibus. Offiū.



Exaudiuit de tēplo sācto suo vocē meam alla: et clamor meus i ɔspectu eius introiuit in aures eius alla alla. ps. Diligā te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamentum meū ꝛ refugium meum et liberator meus. Or.

Presta q̄sumus oīps deus vt qui in afflictione nr̄a de tua pietate cōfidim⁹: cōtra aduersa oīa tua semper protectione muniamur Per. ¶ Lctō ep̄le bti iacobi apl̄i. v.

Carissimi. Cōfitemini alterutrum peccata vestra: ꝛ orate pro inuicē vt saluemini. Multū eni valet: depcatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit vt nō plueret sup terrā: ꝛ non pluit annos tres: ꝛ menses sex. Et rursū orauit: ꝛ celum dedit pluuiā: et terra dedit fructū suū. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate et conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue: saluabit animā eius a morte. Et operit: multitudinem peccator. Alla. V. Confitemini dn̄o quoniam bonus qm̄ i seculum misericordia ei⁹. ¶ Secundū lucā .xi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Quis vr̄m habebit amicum: et ibit ad illum media nocte ꝛ dicet illi. Amice comoda michi tres panes quoniam amicus meus venit de via ad me ꝛ non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens: dicat. Noli michi molestus esse iā hostiū clausum est et pueri mei mecū sunt in cubili: nō possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans dico vobis et si non dabit illi surgēs: eo quod amicus eius sit: propter improbitatē tamē eius surget: ꝛ dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite: et dabit vobis. Querite et inuenietis: pulsate ꝛ aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: qui querit īuenit: ꝛ pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi. Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi. Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quantomagis pater vester de celo dabit spiritum bonum: petentibus se. Offertoriū. Cōfitebor domino nimis in ore meo: in medio multorum laudabo eum: qui astitit ad dexterā pauperis: vt saluam faceret a persequētib⁹ aīam meā allā. Secreta.

Hec munera q̄s dn̄e ꝛ vincula nr̄e prauitatis absoluant: et tue nobis mīe dona ɔciliēt. Per. Coīo. Petite ꝛ accipietis q̄rite ꝛ inuenietis: pulsate et aperietur vobis: oīs eni q̄ petit accipit et qui q̄rit inuenit: ꝛ pulsāti aperietur alleluya alla. Postcōio.

Uota nostra q̄s dn̄e pio fauore prosequere: vt dū dona tua in tribulatione percipimus: de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dn̄ꝫ no. ¶ Feria tercia. Officium. Exaudiuit. Orō. Presta q̄s. ¶ Ad timotheum .ii.

Carissimi. Obsecro pmo omniū fieri obsecrationes: orationes postulatiōes: grārum actiones pro oīb⁹ hoīb⁹: p regib⁹ et oīb⁹ qui in sublimitate sūt cōstituti: vt quietē ꝛ tranquillā vitā agamus: in oī pietate et castitate. Hoc enim bonū

est et acceptū corā saluatore nostro deo: qui omēs hoīes vult saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Unus enī deus vnus et mediator dei et hoīm hō xp̄us iesus: qui dedit redemptionē semetipsum ab omnibus cuius testimonium tēporibus suis confirmatū est in quo positus sum ego predicator et apostol⁹. Veritatem dico nō mentior: doctor gētium: in fide et veritate. Alleluya. ℣. Confitemini. ¶ Secundū marcū. xi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: quia si quis dixerit huic monti tollere et mittere ī mare: et nō hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcunque dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: oīa quecūque orantes petitis credite quia accipietis: et venient vobis. Et cum stabitis ad orandum: dimittite si quid habetis aduers⁹ aliquem vt pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis: nec pater vester qui ī celis est: dimittet vobis delicta vestra. Offertoriū. Confitebor. Secreta. Hec munera. Cōio. Petite. Postcōio. Uota nostra quesumus. ¶ In vigilia ascensionis. Officiū.

Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo ī voce exultationis allīa allīa al. ℣. Subiecit populos nobis: et gētes sub pedib⁹ nr̄is. Or.

Presta q̄s omnipotēs pater: vt nostre mētis intētio quo solennitatis venture gloriosus auctor īgressus est semp̄ ītēdat: et quo fide pergit cōuersatione perueniat. Per eundē. ¶ Lec. actuū apost. iiii.

In dieb⁹ illis. Multitudinis credētiū: erat cor vnum et aīa vna. Nec quisque eorum que possidebat aliquid suū esse dicebat: sed erāt illis omnia cōmunia et virtute magna reddebāt apl̄i testimonium resurrectiōis iesu xp̄i dn̄i nr̄i: et gratia magna erat ī oīb⁹ illis. Neque eī quisque egēs erat: īter illos. Quotquot eī possessores domorum aut agrorum erāt: vedētes afferebāt precia eorum q̄ vendebāt: et ponebant āte pedes apostolorū. Diuidebantur autē singulis: prout cuique opus erat. Alla. ℣. Oēs gentes plaudite manibus: iubilate deo ī voce exultationis. ¶ S. iohānē. xvii.

In illo tp̄e. Subleuatis iesus oculis ī celū: dixit. Pat venit hora: clarifica filiū vt filius tu⁹ clarificet te Sicut dedisti ei potestatem oīs carnis: vt oē quod dedisti ei: det eis vitā eternā. Hec est aūt vita eterna vt cognoscāt te solū deū verū: et quē misisti iesū xp̄m. Ego te clarificaui sup terrā op⁹ cōsūmaui qd̄ dedisti michi vt faciā. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsū: claritate quā habui priusque mūdus esset apud te: manifestaui nomē tuū hominibus: quos dedisti michi de mundo. Tui erant et michi eos dedisti: et sermonē tuū seruauerūt. Et nūc cognouerūt quia oīa q̄ dedisti michi abs te sunt: quia verba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperunt et cognouerunt vere quia a te exiui: et crediderūt quia tu me misisti. Ego p̄ eis rogo: nō pro mūdo rogo: sed pro his quos dedisti michi quia tui sūt. Et mea oīa tua sūt et tua mea sūt: et clarificat⁹ sū in eis. Et iā nō sū de mūdo et hi ī mundo sūt: et ego ad te venio Offr̄. Uiri galilei qd̄ admiramini aspicientes in celū: hic ies⁹ q̄ assūptus est a vobis ī celū: sic veniet queadmodū vidistis eū ascēdētē in celū alla. Secre.

Sacrificiū dn̄e pro filii tui supplices venerabili quā preuenimus nūc ascēsione deferim⁹: p̄sta q̄s: vt et nos p̄ ipsū his cōmerciis sacrosanctis ad celestia cōsurgamus.

Qui tecū. Cōio. Pater cum essem cū eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluya nunc aūt ad te venio: non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. Alleluya allā. Postcōio.

Tribue q̄s dn̄e deus noster: vt per hec sancta que sūpsimus illuc tēdat nr̄e deuotionis affectus: quo tecū est nr̄a substātia ies9 xp̄s filius tuus dn̄s nr̄. Qui tecum.

¶ In die ascensionis. Officium.

Viri galilei qd admiramini aspiciētes i celum allā: queadmodū vidistis eū ascendētē i celū: ita veniet allā al. al. p̄s. Cūq3 ituerentur i celū eūtē illū: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestib9 albis: q̄ 7 dixerunt. Iste vers9 p̄cedēs dicat. i. die tm̄. ℣. Oēs gentes plaudite manibus: iubilate deo i voce exultatiōis. Iste. ℣. dicatur quotidie ifra octa. 7 etiā die octaua. quando de ascensiōe canitur. Or.

Concede q̄s omn̄ps deus vt q̄ hodierna die vnigenitū tuū redēptorē nr̄m ad celos ascēdisse credim9: ipi quoq3 mēte i celestib9 habitem9. Per eū. Lec. actuū apl̄or. i.

Primū quidē sermonem feci de oībus o theophile: q̄ cepit iesus facere 7 docere: vsq3 in diē qua precipiens apostolis per sp̄m sāctū quos elegit. assūpt9 est. Quib9 et p̄buit seipsū viuū post passionē suā. in multis argumētis per dies quadraginta apparēs eis: et loquēs de regno dei. Et cōuescēs precepit eis ab hierosolimis ne discederēt: s3 expectarēt p̄missionē patris. quā audistis iquit per os meum. Quia iohānes quidē baptizauit aqua vos autem baptizabimini sp̄ū sctō: non post multos hos dies. Igit q̄ cōuenerāt: iterrogabāt eū dicētes. Dn̄e: si in tempore hoc restitues regnū israel. Dixit aūt eis Nō est vr̄m nosse tp̄a vel momēta q̄ pater posuit in sua p̄tāte: s3 accipietis virtutē superuenietis sp̄ūs scti in vos et eritis michi testes i hierusalē: 7 i oī iudea 7 samaria 7 vsq3 ad vltimū terre. Et cū hoc dixisset vidētib9 illis eleuat9 est: 7 nubes suscepit eum ab oculis eor. Cūq3 intuerent i celum euntē illū: ecce duo viri astiterunt iuxta illos i vestibus albis: qui 7 dixerunt. Viri galilei: quid statis aspiciētes i celū. Hic iesus qui assumpt9 est a vobis in celū sic veniet queadmodū vidistis eū: euntem in celū. Allā. ℣. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. Alleluya. ℣. Ascendens christus in altum captiuam duxit captiuitatē dedit dona hominibus. ¶ Sequentia.

Rex omnipotens die hodierna Alleluya. Mundo triumphali redēptio potētia. Victor ascēdit celos vnde descenderat. Nā quadraginta post q̄ surrexerat. Dieb9 sacris confirmans pectora. Apostolorum pacis cara relinquēs oscula. Quibus et dedit potestatē laxandi crimina. Et misit eos in mundum baptizare cunctas animas. In patris 7 filii: 7 sp̄ūs sancti clemētia. Et conuescens precepit eis ab hierosolimis. Ne abirent sed expectarent promissa munera. Nō post multos enim dies mittā vobis spiritū paraclitū in terra. Et eritis michi testes: i hierusalē iudea siue samaria. Et cum hoc dixisset vidētibus illis eleuatus est et nubes clara. Suscepit eum ab eorū oculis intuētibus illis ethera. Ecce steterе amicti duo viri in veste alba. Iuxta dicentes quid admiramini celor alta. Iesus enī hic qui assumptus est a vobis ad patris dexterā. Vt ascendit ita veniet querens talenti cōmissi lucra. O de9 maris poli arui hominē quē creasti quem fraude subdola. Hostis expulit pa-

radiso / et captiuatum secum traxit ad tartara. Sanguine pprio quem redemisti deus. Illuc et prehis vnde prius corruit paradisi gaudia. Iudex cum veneris iudicare seculum. Da nobis q̄sum⁹ sempiterna gaudia in polorum patria. In qua cantemus oēs allā. Scdm marcū. xvi.

In illo tp̄e. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis iesus: et exprobrauit incredulitatē illorum et duriciā cordis. qr his qui viderāt eum resurrexisse a mortuis nō crediderāt. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuersū: predicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero nō crediderit: cōdēnabit. Signa aūt eos qui crediderint: hec sequētur. In noīe meo demonia eiicient: liguis loquētur nouis: serpentes tollēt. Et si mortiferū qd biberit nō eis nocebit. Sup egros manus iponent: et bene habebunt. Et dn̄s quidem iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celū: et sedet a dextris dei. Illi autē profecti predicauerunt vbiq₃ dn̄o cooperante: et sermonē confirmāte sequētib⁹ signis. Credo. Offer. Ascendit deus in iubilatiōe et dn̄s i voce tube allā. Secreta.

Suscipe dn̄e munera q̄ p filii tui gl'iosa ascensione deferimus: et ꝯcede ppicius vt et a p̄setib⁹ piculis liberemur: et ad vitā pueniamus eternā. Per. Prefat. Qui post resurrectionem. et Cōicātes. Cōio. Psallite dn̄o qui ascendit super celos celorum ad orientem. Alleluya. Postcōio.

Presta nobis q̄s oīps et misericors de⁹: vt q̄ visibilib⁹ misteriis sumenda percepimus: inuisibili consequamur effectu. Per dn̄m nostrū. ¶ Feria sexta. Offi. Viri galilei. ps. Oēs gentes plaudite manibus. Quotidie per oct. dicātur alternatim iste due sequentie.

Omnes vox fidelium alleluya. Christo regi ad gloriā. Scādenti post victoriā. Nam hoste antiquo. Eius morte victo. Clara susceptus nube. Celos ascendit hodie Et quā captiuam sub mortis iugo hostis presserat. Natura nostra dei vnita verbo iam regnat. Patris sedens ad dexterā. O q̄mira dei pietas Per quem nostra sic captiuitas Libertati redditur. O quāta summe maiestatis miseratio. Que nostrum talis lenit dolorem solatio. Letentur angeli inuenta et reportata oue cētesima Gaudet vnita dragma dei sapientie thesauro decima. Gaudeat ergo die ista homo: tanta sibi in christo iā data gloria. Et terris adhuc fidelium turma militās laudū christo soluat preconia. Poscens vt iocunda saluatoris visio. Nobis vite huius facto termino. Christi prelarga donetur clemētia. Laus cui sit et gloria. Sequentia.

Letetur orbis die ista in qua nostre cū carnis substantia xp̄s patris locat' i dextera. Casum hodie nostrū xp̄i releuat ascēsio. Et reparationis fit humane ꝯsummatio. Nā lapsum hominis miserās dei clementia. Natus de virgine fit homo mira potentia. Et quia non erat hostia que mundi purgaret crimina. Pro nobis moritur: celica sic nobis reserās limina. Et spoliatis inferis die resurrexit tercia. Confirmatisq₃ discipulis ad celi sublimia. Videntibus illis hodie nostra regreditur cum carne. Ipsi laus et honor in secula. Prefatio. Qui post resur. et Cōicantes. &c. sicut i die p̄ter Credo. qd̄ tn̄ dr̄ i dn̄ica istra et i die octa. Et si fiat seruitiū de festo alicui⁹ sc̄ti īstra oct. siue de cōmeōrat. dicet' p̄fatio. et Cōmunicātes de ascēn. sicut

dr de festis sctõꝝ ĩfra nat. scꝫ: pfatio et Cõmunicãtes. de nat. ¶ Sabbato ad missam vt in die precedenti.

¶ Dñica ĩfra octa. ascen. Officiũ.

Exaudi dñe vocẽ meam qua clamaui ad te allã allã: tibi dixit coꝛ meũ q̃siui vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requirã ne auertas faciẽ tuam a me allã allã. ps. Dñs illuminatio mea: et salus mea quẽ timebo. Orõ.

Omnipotens sempiterne de⁹ fac nos tibi semper ⁊ deuotã gerere volũtatẽ: et maiestati tue sincero coꝛde seruire. Per dñm nr̃m.

¶ Lectio ep̃le beati petri ap̃li. i. x.

Charissimi: Estote pꝛudẽtes: et vigilate ĩ orõnibus. Ante oĩa autem mutuã in vobismetip̃is caritatem continuã habentes: quia caritas operit multitudinẽ pctõꝛũ. Hospitales ĩuicẽ: sine murmuratione. Vnusquisqꝫ sicut accepit gratiã ĩ alterutrũ illã administrãtes: sicut boni dispẽsatoꝛes multifoꝛmis gratie dei. Si q̃s loq̃tur: quasi sermões dei. Si q̃s ministrat tãq̃ ex virtute quam administrat deus: vt in omnibus honoꝛificetᷓ deus. Per iesum chꝛistum: dñm nostrum. Allã. V̄ s⁹. Dñs in syna in sancto: ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Allã V̄ Non vos relinquã oꝛphanos vado ⁊ venio ad vos et gaudebit coꝛ vestrum.

¶ Secundum iohãnem. xv. ⁊ xvi.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittã vobis a patre spiritũ veritatis q̃ a p̃re pcedit: ille testimoniũ phibebit de me. Et vos testimoniũ phibebitis: qꝛ ab ĩitio mecum estis. Hec locut⁹ sum vobis vt nõ scãdalizemini. Absqꝫ sinagogis facient vos. Sed venit hoꝛa: vt oĩs qui ĩterficit vos arbitretᷓ obsequiũ se pꝛestare deo. Et hec faciẽt vobis: qꝛ nõ nouerũt patrẽ neqꝫ me. Sed hec locut⁹ sum vobis: vt cũ venerit hoꝛa eoꝝ reminiscamini: qꝛ ego dixi vobis. Offerto. Lauda anima mea dñm laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo q̃diu ero alleluya. Secreta.

Sacrificia nos dñe immaculata purificent: et mentibus nr̃is superne gratie dent vigoꝛem. Per dñm. Pꝛefatio. Qui post resurrectionẽ. Cõio. Nõ vos relinquam oꝛphanos: veniam ad vos iteꝝ allã ⁊ gaudebit coꝛ vestrũ allã allã. Postcõio.

Repleti dñe munerib⁹ sacris da q̃s: vt ĩ grãꝝ actiõe semp maneam⁹. Per do. ¶ In oct. die ascẽsionis. Offm̃. Viri galilei. p̃. Oẽs gẽtes. ⁊c. sicut ĩ die: p̃ter ep̃lam ⁊ euãgeliũ q̃ sequuntᷓ. ¶ Ad ephesios. iiii

Fratres: Vnicuiqꝫ nr̃m data est grã: scd̃m mẽsurã donatiõis xp̃i. Pꝛopt̃ q̃d dicit. Ascendẽs ĩ altũ captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hoĩbus. Nõ autẽ ascendit: q̃d est nisi qꝛ ⁊ descẽdit pꝛimũ in ĩferioꝛes partes t̃re. Qui descendit ipse est ⁊ q̃ ascẽdit sup oẽs celos: vt adipleret oĩa. Et ipse dedit quosdã quidẽ ap̃los: quosdã aũt pphetas. Alios vero euãgelistas: alios autẽ pastoꝛes ⁊ doctoꝛes ad cõsũmationẽ sanctoꝝ in op⁹ ministerii: in edificationẽ coꝛpoꝛis xp̃i: donec occurram⁹ oẽs in vnitatẽ fidei: ⁊ agnitionis filii dei. In virũ pfectũ in mẽsuram etatis: plenitudinis xp̃i. Seq̃ntia. Rex omp̃s. vts. Scd̃m lucã. ix.

In illo tp̃e. Dixit ies⁹ discipulis suis. Ego mittã pmissũ p̃ris mei ĩ vos: vos aũt sedete ĩ ciuitate quoadusqꝫ induamini virtute ex alto. Eduxit aũt eos foꝛas in bethaniã: ⁊ eleuatis manib⁹ suis bñdixit eis. Et factũ est dum bñdiceret eis: recessit ab illis et ferebatur in celum. Et ipsi adoꝛãtes: regressi sunt

in hierusalē cū gaudio magno. Et erāt semp in tēplo: laudātes et benedicētes deū. Credo. ¶ In vigilia penthecostes oēs lec. legant ad missam sine titulo: et tractus cātetur eodem mō sicut ī vigil. pasche a maioribus descēdēdo. Lect. i. Gen. xxi.

Tentauit de⁹ abraham ꝛ dixit ad eū. Abrahā abrahā. At ille respōdit. Assum. Ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū quem diligis ysaac: ꝛ vade in terrā visionis atq; offer eū ibi in olocaustū sup vnum montiū quē mōstrauero tibi. Igit abrahā de nocte consurgēs strauit asinū suū: ducēs secū duos iuuenes et ysaac filiū suū. Cūq; conscidisset ligna in olocaustū: abiit ad locum quē preceperat ei deus: die autē tertio eleuatis oculis: vidit locum procul: dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cū asino: ego et puer illucusq; properātes postq̄ adorauerimus: reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna olocausti: et iposuit super ysaac filiū suū. Ipse vero portauit in manibus suis: ignē ꝛ gladiū. Cūq; duo pergerēt simul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respōdit. Quid vis fili mi? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victima olocausti? Dixit abraham. Deus prouidebit sibi victimam olocausti fili mi. Pergebāt ergo pariter venerūtq; ad locū quem ostēderat ei deus: in quo edificauit altare et desuper ligna cōposuit. Cūq; colligasset ysaac filium suū: posuit eum in altari / super struē lignoꝝ. Extenditq; manum et arripuit gladiū: vt immolaret filium suū. Et ecce angelus dñi de celo clamauit: dicens. Abraham abraham. Qui respondit. Assum. Dixitq; ei. Ne extendas manū tuā sup puerum: neq; facias illi quicq̄. Nunc cognoui q̄ timeas deum: et nōn pepercisti propter me vnigenito filio tuo. Leuauit abraham oculos suos: viditq; post tergū arietē inter vepres herentem cornib⁹: quē assumens obtulit olocaustū pro filio. Appellauitq; nomen loci illius: dñs videt. Unde vsq; hodie dicitur in mōte dñs videbit. Uocauit autē angelus dñi abrahā secūdo de celo: dicēs. Per memetipsum iuraui dicit dñs: q2 fecisti rem hāc ꝛ nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝑpter me: benedicam tibi / et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi / et sicut arenā que est in littore maris. Possidebitq; semen tuum portas inimicoꝝ suoꝝ: et benedicentur in semine tuo oēs gentes terre: quia obedisti voci mee. Reuersusq; est abraham ad pueros suos abierūtq; bersabee simul: et habitauit ibi. Oratio.

Deus qui in abrahe famuli tuo ope hūano generi obediētie exēpla ꝓbuisti: concede nobis et nr̄e volūtatis prauitatē frāgere: et tuoꝝ preceptoꝝ rectitudinē in oībus adimplere. Per dñm nostrum Lectio secūda. Factū est in vigilia matutina. et cetera vt ī vigilia pasche. Tractus. Cantate. Oratio.

Deus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere / atq; ad eterna festinare: da famulis tuis vt que a te iussa cognouimus. implere celesti īspiratione valeamus. Per dñm nr̄m. Lectio tertia. Apprehendēt septem mulieres. ꝛ cetera vt in vigilia pasche. Tractus. Uinea facta. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandū hanc festiuitatem vtriusq; testamenti paginis imbuisti: da nobis itelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione presentium munerum: firma sit expectatio futuroꝝ. Per do. Lectio. iiii. Scripsit moy-

les cãti. Tract9. Attende celũ. Orõ.

Deus incõmutabilis virtus et lumen eternum: respice ꝓpicius ad totius ecclesie mirabile sacramentũ: ⁊ da famulis tuis vt hoc qd deuote agim9 etiam rectitudine vite teneam9. p. Lec. v. baruch. iii.

Audi israel mãdata vite auribus ꝑcipe: vt scias prudẽtiã. Quid est israel ꝙ in terra inimicoꝝ es? Inueterasti i terra aliena: coinquinatus es cũ mortuis: deputatus es cũ his ꝗ in inferno sunt: dereliqsti fontẽ sapiẽtie. Nã si in via dei ambulasses: habitasses vtiqȝ in pace sup terram. Disce vbi sit sapiẽtia vbi sit virt9/ vbi sit prudẽtia: vt scias simul vbi sit lõgiturnitas vite ⁊ victus: vbi sit lumen oculoꝝ ⁊ pax. Quis iuenit locũ ei9: et ꝗs introiuit in thesauros ei9? Ubi sunt pricipes gentiũ: et ꝗ dominant̃ sup bestias que sunt in terra? Qui in auib9 celi ludũt: qui argentũ thesaurizant: et aurũ in quo cõfidũt hoies: et nõ est finis possessionis eoꝝ. Qui argẽtũ fabricãt et solliciti sunt: nec est inuẽtio operũ illoꝝ. Et tamẽ extermina ti sunt: et ad iferos descẽderũt: ⁊ alii in locũ illoꝝ surrexerũt. Iuuenes viderunt lumẽ et habitauerũt sup terram. Uiã autẽ discipline nescierũt: neqȝ intellexerũt semitas ei9 neqȝ susceperũt eã filii eoꝝ: a facie eoꝝ lõge facta est. Non est audita in chanaã neqȝ visa est i theman. Filii quoqȝ agar ꝗ exquisierũt prudẽtiã ꝗ de terra est: negociatores terre theman et fabulatores et exꝗsitores prudentie et intelligentie. Uiã autẽ sapiẽtie nescierunt: neqȝ meminerunt semitarũ ei9. O israel: ꝙ̃ magna est dom9 dei: et ingẽs loc9 possessionis eius. Magn9 est ⁊ nõ habet ꝯsummationẽ: excelsus et imẽsus. Ibi fuerũt gigãtes noiati: illi ꝗ ab initio fuerunt statura magna sciẽtes bellũ. Non hos elegit dñs neqȝ viã discipline iuenerũt: ꝓpterea perierunt. Et qm̃ nõ habuerunt sapientiã: interierũt ꝓpter suã insipientiã. Quis ascendit in celũ et accepit eã: et deduxit de nubibus? Quis trãsfretauit mare/ et iuenit eã: et attulit eã sup aurum electum. Nõ est qui sciat viam ei9: neqȝ qui excogitet semitas eius. Sȝ qui scit vniuersa nouit illã: et adinuenit eam prudentia sua. Qui perfecit terrã in sempiterno tempore: et adimpleuit eã pecudib9. Qui emittit lucẽ et vadit: vocauit eã et obaudiuit illi in tremore. Stelle autẽ dederunt lumen in custodiis suis: ⁊ letate sunt. Uocate sunt: et dixerunt. Assumus. Et luxerũt ei cũ iocunditate: qui fecit illas. Hic est deus noster: et nõ estimabit̃ alius ad illum. Hic adinuenit omnẽ viã discipline et dedit illã iacob puero suo: et israel dilecto suo. Post hec super terrã visus est: et cũ hoibus conuersatus est. Tractus. Sicut ceruus. Oratio.

Concede ꝗs oꝑs de9: vt ꝗ solẽnitatẽ doni spũs sãcti colimus: celestib9 desideriis accẽsi: fontẽ vite sitiam9: dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ. Qui te. vi. In vni. eiusdẽ. Sequãtur letanie ⁊c. sicut i sabbato pasche notant̃: scȝ ad fõtes bñdicendos. Finitaqȝ letania post bñdictionẽ fõtis sicut i vigilia pasche ordinatũ est ꝗ preest choro id est rector alta voce incipiat. Kyrieleyson. festiue: cũ nota de Rex virginũ. Interi sacerdos cũ ministris festiue paratis introeat ad altare: factaqȝ cõfessiõe et dictis Kyrieleyson. incipiat. Gloria in excelsis. cũ nota de angelis: ⁊ pulsetur classicum dum canitur. Orõ.

Presta quesumus omnipotẽs de9: vt claritatis tue sup nos splendor effulgeat ⁊ lux tue luc

corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt sancti spiritus illustratione confirmet. Per d. In vni. eiusd. Nulla memoria. Lectio actuum apostolorum. xix.

IN diebus illis. Factum est cum apollo esset corinthi et paulus peragratis superioribus partibus veniret ephesum: et inveniret quosdam discipulos: dixit ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est audiuimus. Ille ergo ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In iohannis baptismate. Dixit autem paulus. Johannes baptizauit baptismo penitentie populum: dicens in eum qui venturus esset post eum vt crederent: hoc autem est in iesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini iesu. Et cum imposuisset illis manus paulus: venit spiritus sanctus super eos et loquebantur linguis et prophetabant. Erant autem omnes viri: fere duodecim. Introgressus autem synagogam: cum fiducia loquebatur: per tres menses disputans et suadens: de regno dei. Alla. V. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. repetatur Alla. post versum. Tractus.

LAudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. V. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. ¶ Scdm iohannem. xiiii.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum: spiritum veritatis quem mundus non potest accipere quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit: et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo: et vos viuetis. In illa die vos cognoscetis quia ego in patre meo et vos in me et ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Offertorium Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre sit gloria domini in secula alleluya. Secreta.

MUnera quesumus domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum. In vnitate eiusdem. Non dicatur prefatio nisi communis. Infra ac. Communicantes et diem sacratissimum penthecostes preuenientes. Hanc igitur. et Agnus dei: et Pax domini dicentur. Communio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum alla alla. Postcommunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum nostrum. In vnitate eiusdem.

¶ In die sancto penthecostes. Officium

SPiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya: et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluya alleluya alla. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum. In vnitate eiusd. Lectio actuum apo. ii.

IN diebus illis. Dum complerentur dies penthecostes: erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domum: vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue

tanq̃ ignis seditq; supra singulos eorũ: et repleti sũt oẽs spiritu sancto: et ceperũt loqui variis liguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant aũt in hierusalẽ habitantes iudei viri religiosi: ex oĩ natione que sub celo est. Facta autẽ hac voce cõuenit multitudo et mente cõfusa est: qm̃ audiebat vnusq̃sq; linguã suã illos loquẽtes. Stupebãt autẽ oẽs: et mirabantur dicentes. Nõne ecce oẽs isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audiuim⁹ vnusquisq; linguã nostrã in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite: et q̃ habitãt mesopotamiã iudeã et capadociã pontũ et asiam: frigiã et pamphiliã: egiptum et partes libie q̃ est circa cirenen: et aduene romani iudei quoq; et proseliti: cretes et arabes. Audiuimus eos loquentes nostris linguis: magnalia dei. Alla. ℣. Emitte spm̃ tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Allã. ℣. Paraclitus spiritus sanctus quẽ mittet pater i noie meo: ille vos docebit omnẽ veritatem. Seq̃.

Sancti spũs assit nobis gratia Que corda nr̃a sibi faciat habitacula. Expulsis inde cunctis viciis spiritalibus. Spũs alme illustrator hoĩm. Horridas nr̃e mentis purga tenebras. Amator scẽ: sensator semper cogitatuũ. Infũde vnctionẽ tuã clemẽs nr̃is sensib⁹. Tu purificator oĩm flagitior spũs. Purificari nr̃i oculũ iterioris hois. Ut videri suprem⁹ genitor possit a nobis. Mundi cordis quẽ soli cernere possũt oculi. Prophetas tu ispirasti vt pconia xp̃i pcinuissẽt iclita. Apostolos cõfortasti vt tropheũ christi p totũ mundũ veherent. Qñ machinã p verbũ suũ fecit de⁹: celi tre maris. Tu sup aquas foturus eas numẽ tuũ expandisti spũs. Tu aiab⁹ viuificandis aquas fecundas. Tu aspirando das spiritales esse hoies. Tu diuisũ per linguas mũdum et rit⁹ adunasti dñe. Idolatras ad cultum dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicãtes tibi exaudi propici⁹ sãcte spũs. Sine quo preces oẽs casse crediũtur et indigne dei auribus. Tu q̃ oim seculorũ sãctos. Tui nois docuisti istinctu amplectendo spiritus. Ipse hodie apostolos xp̃i. Donans munere insolito: et cunctis inaudito seculis. Hunc diẽ gl̃iosũ fecisti. Scd̃m iohan. xiiii.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Si q̃s diligit me: sermonem meũ seruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniem⁹ et mansionẽ apud eũ faciem⁹. Qui nõ diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonẽ quẽ audistis nõ est me⁹: sed ei⁹ q̃ misit me p̃ris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens Paraclit⁹ aũt spũs sanct⁹ quẽ mittet pater i noie meo: ille docebit vos oĩa et suggeret vobis oĩa quecunq; dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Nõ quomodo mũd⁹ dat: ego do vobis. Nõ turbetur cor vestrũ: neq; formidet. Audistis q2 ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;: q2 vado ad patrẽ q2 p̃r maior me est. Et nũc dixi vobis priusq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Jam nõ multa loquar vobiscum. Uenit princeps mũdi huius: et i me non habet quicq̃. Sed vt cognoscat mund⁹ q2 diligo patrẽ et sicut mãdatum dedit michi p̃r: sic facio. Credo. offr. Cõfirma hoc de⁹ q̃d operat⁹ es i nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Munera q̃s dñe oblata sanctifica: et corda nostra spiritus sancti illustratione emũda. Per dñm. In vnitate eiusd. Prefa. Qui

ascēdēs sup oēs celos. Cōmunicā-
tes et diē sacratissimā penthecostes
celebrātes. ⁊ Hāc igitur. Cōmunicā
tes. ⁊ Hanc igit. vsq ad festū sancte
trinitatis dicāt etiā si dicat de festo
alicuius scti. siue de cōmemoratione.
Cōio. Factus est repente de celo sonus
aduenientis spūs vehemētis vbi erant se
dētes alla ⁊ repleti sūt oēs spū sctō loquē
tes magnalia dei alla alla. Postcōio.
SAncti spūs dñe corda nostra
mūdet ifusio: ⁊ sui roris inti
ma aspersiōe fecūdet. Per d. In vni
tate eiusd. ¶ Feria secunda. Offm.



CIbauit eos ex adipe fru
mēti alleluya: et de pe-
tra melle saturauit eos
alla alla alla. ps. Exultate
deo adiutori nro: iubilate deo iacob. Or.
DEus qui apostolis tuis san
ctū dedisti spiritū cōcede ple
bi tue pie petitionis effectū: vt qui-
bus dedisti fidem largiaris et pacē
Per d. In vnitate eius. Le. ac. ap. x.
IN dieb9 illis. Aperiens petr9
os suum: dixit. Uiri fratres ⁊
pres: nobis pcepit dñs predicare po
pulo ⁊ testificari: q2 ipe est qui cōsti-
tut9 est a deo iudex viuorum ⁊ mortuo
rū. Huic oēs pphete testimoniū p-
hibēt remissionē pctor accipere per
nomē ei9 oēs q credūt i eum. Adhuc
loquēte petro verba hec: cecidit spiri
t9 sctūs sup oēs q audiebāt verbū.
Et obstupuerūt ex circūcisione fide
les q venerāt cū petro: q2 ⁊ i natiōes
gra spūs scti effusa est. Audiebāt ei
illos loquētes liguis: ⁊ manifican-
tes deū. Tūc respōdit petr9. Nūqd
aquā quis prohibere potest: vt non
baptizētur hi qui spm sctm accepe-
rūt sicut ⁊ nos. Et iussit eos bapti-
zari: i noie dñi nostri iesu xpi. Alla. V.
Emitte spiritū tuum et creabuntur ⁊ re-
nouabis faciem terre. Alla. V. Ueni san
cte spirit9 reple tuorū cordas fideliū et tui
amoris i eis ignē accende. Sequentia.
ALma chorus dñi: nūc pan
gat noia sūmi. Messias so-
ther emanuel: sabaoth adonay Est
vnigenit9 via vita manus omou-
sion. Pricipiū primogenit9 sapien
tia virt9. Alpha caput finisq simul
vocitat ⁊ est oo. Fons ⁊ origo boni
paraclit9 ac mediator Agnus ouis
vitul9 serpēs aries leo vermis. Os
verbū splēdor sol glia lux ⁊ ymago
Panis flos vitis mons ianua pe-
tra lapisq. Angelus et sponsus pa-
storq propheta sacerdos. Athana-
thos chyrios theos panton craton
⁊ ysos. Saluificet nos sit cui secla p
oia doxa. ¶ Secundū iohannē. iii.
IN illo tpe. Dixit ies9 discipu-
lis suis. Sic de9 dilexit mun-
dū: vt filiū suū vnigenitū daret: vt
ois q credit in ipsū nō pereat sed ha-
beat vitā eternā. Nō eni misit deus
filiū suū in mūdū vt iudicet mūdū:
sed vt saluet mūd9 p ipsū. Qui cre-
dit i eū: nō iudicabitur. Qui aūt nō
credit iā iudicat9 est: q2 nō credit i nō
mine vnigeniti filii dei. Hoc est autē
iudiciū: q2 lux venit in mūdū: ⁊ dile
xerūt homines magis tenebras q
lucē. Erāt ei eor mala opera. Om-
nis eni qui male agit: odit lucē. Et
nō venit ad lucē: vt nō arguantur
opera ei9. Qui aūt facit veritatē ve
nit ad lucē: vt manifestētur opa ei9
q2 in deo sūt facta. Offr. Intonuit
de celo dñs ⁊ altissimus dedit vocē suā et
apparuerūt fōtes aquar alla. Secreta.
PRopicius domine qs hec do
na sanctifica: ⁊ hostie spirita
lis oblatione suscepta: nosmetipsos
tibi perfice munus eternum. Per d.
Cōio. Spūs sctūs docebit vos alla: q-
cunq dixero vobis alla alla. Postcōio.
ADesto dñe qs populo tuo:
et quem mysterijs celestib9
imbuisti: ab hostium furore defēde.

Per dñm. ¶ Feria tercia. Officiū.


Ccipite iocunditatē glo
rie vrē allā: gratias agē
tes deo allā q̄ vos ad ce=
lestia regna vocauit: al
leluya alleluya allā. ps. Attende po
pule meus legem meam: iclinate aurem
vestram in verba oris mei. Oratio.

Adsit nobis dñe q̄s virtus
spiritus sctī: que et corda no
stra clementer expurget: ⁊ ab oībus
tueatur aduersis. Per do. In vnita
te eiusd. ¶ Lec. actuū apl̄orū. viii.

IN diebus illis. Cū audissent
apl̄i q̄ erant hierosolimis q2
recepit samaria verbū dei: miserunt
ad eos petrū ⁊ iohannē. Qui cū ve=
nissēt: orauerūt ꝓ ipis vt acciperēt
spm̄ sctm̄. Nōdū eni i queꝙ̄ illorū
venerat: sꝫ baptizati tātū erāt i noīe
dñi iesu. Tūc imponebāt man⁹ su=
ꝑ illos: ⁊ accipiebant spiritū sanctū.
Allā. ℣ Emitte. Allā. ℣. Spūs sanctus
ꝓcedēs a throno apl̄orū pectora inuisibili
hodie perlustrauit potētia. Sequentia.

Laudes deo deuotas dulci vo
ce ac sonora. Plebs exultet
catholica. Spūs sctī grā. Apl̄is die
hodierna. In igneis linguis est ifu
sa. Paracliti ꝑsētia. Emūdet nos a
pcti macula. Pura sibi aptās habi=
tacula. Carismatum ⁊ munera. Pe
ctorib⁹ nr̄is pius ifūdat. Vita nr̄a
ei vt ꝯplaceat. Per sclorū sclā. Cōcla
mem⁹ allā. Sit deo laus potestas ⁊
virtus honor ⁊ glīa. ¶ Fer. iiii. seq
Veni sancte spiritus. vt infra proxi
mo sabbato. ¶ Scdm iohannē. x.

IN illo tpe. Dixit ies⁹ discipu=
lis suis. Amen amē dico vo=
bis: q̄ non intrat per hostiū in ouile
ouiū sed ascēdit aliunde: ille fur est ⁊
latro. Qui autē intrat ꝑ hostiū: pa=
stor est ouiū. Huic hostiari⁹ aperit: ⁊
oues vocē eius audiūt. Et proprias
oues vocat noīatim: et educit eas.
Et cū ꝓprias oues emiserit āte eas
vadit ⁊ oues illū sequūtur: q2 sciūt
vocē ei⁹. Alienū nō sequūtur sed fu=
giunt ab eo: q2 non nouerunt vocē
alienorū. Hoc prouerbiū dixit eis ie=
sus. Illi aūt non cognouerūt: quid
loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū
ies⁹. Amen amen dico vobis: q2 ego
sū hostiū ouiū. Oēs quotquot ve=
nerūt: fures sūt ⁊ latrones: sed non
audierūt eos oues. Ego sū hostiū.
Per me si quis itroierit saluabitur:
⁊ ingredietur ⁊ egrediet: ⁊ pascua in
ueniet. Fur non venit nisi vt fure=
tur ⁊ mactet et perdat. Ego veni vt
vitam habeant: ⁊ habundanti⁹ ha
beant. Offert. Portas celi aperuit do=
minus et pluit illis manna vt ederēt: pa
nem celi dedit eis panē angelorum man=
ducauit homo alleluya. Secreta.

Purificet nos dñe q̄s mune=
ris ꝑsētis oblatio: et dignos
sacra participatiōe perficiat. Cōio.
Spiritus q̄ a patre procedit allā ille me
clarificabit alleluya allā. Postcōio.

Mentes nostras q̄s dñe spiri
tus sctūs diuinis reparet sa
cramētis: q2 ipse est remissio omniū
peccatorū. Per d. In vnitate eiusdē.

¶ Feria quarta. Officium.


Eus dū egredereris co
rā populo tuo allā iter
faciēs eis allā: habitās
i illis allā al. ps. Exurgat
deus ⁊ dissipentur inimici ei⁹: ⁊ fugiāt q̄
oderunt eū a facie eius. Glīa in excelsis
deo. premisso trā. Oremus. Oratio.

Mentes nostras q̄sumus do
mine paraclitus qui a te pro
cedit illuminet: et inducat in omnē
sicut tuus promisit filius veritatem
Qui tecū viuit ⁊ regnat. In vnita=
te eiusdē. ¶ Lectio libri sapientie. i.

IN diebus illis. Dixit salomō
filiis isrl̄. Diligite iusticiā: q̄
iudicatis terrā. Sētite de dño in bo

nitate: et in simplicitate cordis querite il lum. Quoniam inuenitur ab his qui non temptant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruerse enim cogitationes separant a deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maliuolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu: et corripietur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientie: et non liberabit maledictum a labiis suis: quoniam renum illius testis est deus et cordis eius scrutator est verus: et lingue illius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum: et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Alleluia. ℣ Emitte. non repetatur. Alleluia. sed sequatur. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

CONcede quesumus omnipotens deus: vt qui solennitatem doni sancti spiritus colimus: celestibus desideriis accensi fontem vite sitiamus: dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. In vnitate eiusdem.

¶ Lectio actuum apostolorum. ii.

IN diebus illis. Stans petrus cum vndecim: eleuauit vocem suam: et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit: et auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis hi ebrii sunt cum sit hora diei tercia: sed hoc est quod dictum est per prophetam iohel. Et erit in nouissimis diebus: dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Iuuenes vestri visiones videbunt: et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos et ancillas meas in diebus illis: effundam de spiritu meo: et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum: sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem: antequam veniat dies domini magnus et manifestus. Et erit: omnis quicunque inuocauerit nomen domini: saluus erit. Alleluia. ℣. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Sequentia.

RESonet sacrata iam turma diua symphonia. Repleta gaudia promissa: e celo reddita. In vnum congregata apostolorum phalanx preclara expectans munera. Repente vox diuina paraclitum nunciat: decorans sanctorum viscera. Fantur omni lingua: non nulla mysteria deique magnalia. Cantica diuina non cessant reboare: eius quoque caterua. O deus omnis aui: te laudant sol et luna concrepat vsia cuncta celica: et profunda flumina. Te psallat tellus alma sydera cuncta clara iubilat adornat amat redempta omnis quoque anima. Stupens iudea hec inquit execrando zelo vino ista est repleta: mustique crapula: bacho plenos reputat repletos gratia. Sumens hec petrus diuina mysteria: superat obdurata corda illa: et fore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Quam nunc nostra boat carmina: deuota quo suscipiat celestia habitacula. Pagat omnis corda nostra preconia tua vt semper pia percipiat carismata. Omnem hanc meram suscipe melodiam: vt queamus scandere lucifluam: et tua celsa et decora uranica. Dudum sacrata imbuisti pectora: nunc nos reple lumine polorum ne gaudia cedas perpetua atque regna. Te decet laus per tempora: et gloria syderea o sanctum neuma. Tu animas et corpora nostra christe possideas in sempiterna dona. ¶ Fer. v. Sequentia. Alma chorus. vts. fer. ii.

¶ Secundum iohannem. vi.

IN illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum.

Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die. Est scriptũ i prophetis. Erunt oẽs docibiles dei. Ois qui audiuit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Non q2 patrẽ vidit quisq̃: nisi is q̃ est a deo: hic videt patrem. Amen amen dico vobis: qui credit i me habet vitam eternã. Ego sũ panis vite. Patres nostri mãducauerũt manna in deserto: et mortui sũt. Hic est panis de celo descẽdens: vt si quis ex ipso mãducauerit: non moriatur. Ego sum panis viuus: qui de celo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet ieternũ. Et panis quẽ ego dabo caro mea est: p mũdi vita. Offert. In die solennitatis vr̃e dicit dñs inducã vos i trã fluẽtẽ lac et mel alla. Secreta.

SUscipe q̃s dñe munus oblatum et dignãter operare: vt q̃d misteriis agim⁹: piis affectibus celebrem⁹. Per. Prefa. Qui ascẽdẽs Cõicantes. Cõio. Pacẽ meã do vobis alla pacẽ relinquo vobis alla al. Postcõ.

SUmentes dñe celestia sacramẽta q̃s clemẽtiã tuam: vt quod tpaliter gerimus eternis gaudiis cõsequamur. Per d. ¶ Fer. v. Officiũ. Spiritus dñi. vt in prima die. Et notandũ q̃ in his tribus diebus: scilz. feria quinta. vi. ⁊ sabbato officiũ ãte. Glia patri. repetatur. Or.

PResta q̃s ops et misericors deus: vt sanctus spiritus aduenniens tẽplũ nos glorie sue dignãter inhabitãdo perficiat. Per d. In vnitate eiusd. Le. actuũ apłoꝝ. viii.

IN dieb⁹ illis. Philippus descẽdẽs in ciuitatẽ samarie: p̃dicabat illis xp̃m. Intendebant aũt turbe his que a philippo dicebant: vnanimiter audientes et videntes signa q̃ faciebat. Multi enĩ eorũ qui habebant spiritus immundos: clamantes voce magna exibant. Multi autẽ paralitici ⁊ claudi: curati sũt. Factum est ergo magnum gaudium: in illa ciuitate. Alla. ℣. Emitte. Alleluya. ℣⁹. Spiritus paraclitus. Seq̃.

LAus iocunda lux insignis: qua de throno miss⁹ ignis i xp̃i discipulos. Corda replet linguas ditat ad ꝯcordes nos inuitat lingue cordis modulos. Xp̃s misit q̃d p̃misit: pign⁹ spõse quã reuisit die quinquagesima. Post dulcorẽ melleum petra fudit oleũ petra iam firmissima. In tabellis saxeis: nõ i linguis igneis lex de mõte pp̃lo. Paucis cordis nouitas ⁊ linguaꝝ vnitas dat i cenaculo. O q̃ felix q̃ festiua dies in qua primitiua fũdat ecclesia. Viue sunt primitie nascẽtis eccłe tria primum milia. Panes legis primitiui sub vna sũt adoptiui fide duo ppli. De duob⁹ iteriecit sicq3 duo vnũ fecit lapis caput ãguli Utres noui nõ vetusti sunt capaces noui musti vasa parat vidua. Dat liquorẽ helise⁹ nobis sacrũ rorẽ de⁹ si corda sint cõgrua. Non hoc musto vel liquore: non hoc digni sumus rore si discordes moribus. In obscuris ⁊ diuisis nõ potest hec paraclisis habitare cordibus. ¶ Secundum lucam. ix.

IN illo tp̃e. Cõuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutẽ ⁊ potestatẽ sup oĩa demonia ⁊ vt languores curarẽt. Et misit illos p̃dicare regnũ dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via: neq3 virgã neq3 perã neq3 panem neq3 pecuniã: neq3 duas tunicas habeatis. Et quancũq3 domũ intraueritis: ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicũq3 nõ receperint vos exeũtes de ciuitate illa etiã puluerem pedũ vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autẽ circuibãt per castella euangelizantes: et curãtes vbiq3. Credo. Offertorium. Confirma. Secreta.

Hostias nostras q̄s dn̄e miseratus intēde: et vt tibi reddantur accepte: ↄsciētias nr̄as scti spiritus salutaris emundet aduentur. Per dn̄m. In vnitate eiusdem. Cōio. Factus est repente. Postcōio.

Sacramētis dn̄e celestib⁹ operante spū sācto vicia nostra purgentur: vt munerib⁹ tuis possimus semp aptari. Per. In vnitate eiusdem. ¶ Feria sexta. Officium.

Repleatur os meū laude tua all'a: vt possim cantare all'a gaudebūt labia mea dum cantauero tibi all'a all'a. ps. In te dn̄e speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera et eripe me. Oratio.

Da q̄s ecclie tue misericors deus: vt spū sctō ↄgregata: hostili nullaten⁹ i cursiōe turbet. Per do. In vnita. Lctō actuū aplo℞. ii.

In dieb⁹ illis. Aperiēs petr⁹ os suum: dixit. Viri israelite: audite verba hec. Iesū nazarenum virū approbatū a deo in vobis virtutib⁹ et prodigiis ⁊ signis q̄ fecit p illū de⁹ i medio vestri: sicut vos scitis. Hūc diffinito cōsilio et prescientia dei: traditū p man⁹ iniquo℞ affligentes interemistis Quem de⁹ suscitauit solutis dolorib⁹ iferni: iuxta qd̄ impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid eni dicit in eū. Prouidebā dn̄m corā me semper: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meum et exultauit lingua mea: insup ⁊ caro mea requiescet i spe. Qm̄ non derelinques aīam meā in iferno: neq3 dabis sanctū tuū videre corruptionē. Notas michi fecisti vias vite replebis me iocunditate: cum facie tua. All'a. ℣. Emitte. All'a. ℣. Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū ⁊ hoc qd̄ cōtinet oia scientiā habet vocis. Sequētia. Laudes deo. vt s. vel ista.

Consolator alme veni linguas reple corda leni nichil fellis aut veneni: sub tua presentia. Nil iocundū nil amenū: nil salubre nil serenū: nichil dulce nichil plenum sine tua gratia. Tu lumen es et vnguentū: tu celeste condimentum: aq̄ ditans elemētum virtute mysterii. Noua facti creatura te laudamus mente pura: gratie nunc sed natura prius ire filii. Tu qui dator es ⁊ donum nostri cordis omne bonum: cor ad laudē redde promum: nostre lingue formans sonū in tua preconia. Tu purga nos a peccatis: auctor ipse pietatis: et in christo renouatis da perfecte nouitat3 plena nobis gaudia. ¶ Secundū lucam. v.

In illo tp̄e. Factū est in vna dierū: ⁊ iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedētes ⁊ legisdoctores: qui venerant ex oī castello galilee ⁊ iudee ⁊ hierusalē: ⁊ virt⁹ erat dn̄i: ad sanandum eos. Et ecce viri portantes i lecto hoīem qui erat paraliticus: ⁊ querebāt eum inferre et ponere ante eū. Et non inueniētes qua parte illū iferrēt pre turba: ascē derūt supra tectū ⁊ per tegulas submiserunt illū cū lecto in mediū ante iesū. Quo℞ fidē vt vidit: dixit. Homo remittunt tibi pctā tua. Et ceperūt cogitare scribe ⁊ pharisei: dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemiā? Quis potest dimittere peccata: nisi solus deus? Ut cognouit autē cogitationes eo℞: respondēs dixit ad illos. Quid cogitatis i cordib⁹ vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata. an dicere surge ⁊ ambula? Ut autem sciatis q2 filius hoīs potestatē habet in terra dimittēdi pctā: ait paralitico. Tibi dico surge: tolle lectum tuum: et vade in domū tuā. Et confestim surgens corā eis: tulit lectum i quo

iacebat: et abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sunt omnes timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Offert. Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psallam deo meo quamdiu ero. Secreta.

SAcrificia domine tuis oblata conspectibus ignis ille diuinus assumat: qui discipulorum christi tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem. In vnitate eiusdem spiritus sancti. Prefa. Qui ascendens. Communicantes. et Hanc igitur. Communio Spiritus vbi vult spirat et vocem eius audis alleluia sed nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alleluia. Postcommunio

SUmpsimus domine sacri dona misterii humiliter deprecantes: vt que in tui commemoratione nos facere precepisti: cooperante spiritu sancto: in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Per. In vnitate eiusdem. ¶ Sabbato. Officium.

CAritas dei diffusa est in cordibus nostris alleluia per inhabitantem spiritum eius in nobis alleluia alleluia. Psalmus. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Gloria in excelsis deo. Omnes orationes dicuntur sine Dominus vobiscum. preter orationem. Deus qui tribus pueris. permisso tamen. Oremus. Oratio.

MEntibus nostris quesumus domine spiritum sanctum benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus: et prouidentia gubernamur. Per dominum. In vnitate eiusdem.

¶ Lectio ysaye prophete. xliiii.

HEc dicit dominus deus. Audi iacob serue meus: et israel quem elegi. Faciens et formans te: ab vtero auxiliator tuus. Quia ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam: vt iustificemur simul. Dic si quid habes vt iustificeris. Noli timere serue meus iacob: et rectissime quem elegi. Effundam aquam super sitientem: et fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum: et benedictionem meam super generationem tuam. Dicit dominus: omnipotens. Alleluia. Versus. Emitte spiritum. Oratio.

ILlo nos igne quesumus domine spiritus sanctus inflammet: quem dominus noster iesus misit in terram et voluit vehementer accendi. Qui tecum. In vnitate eiusdem. ¶ Lectio iohelis prophete. ii.

HEc dicit dominus deus. Exultate filie syon: et letamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iusticie: et descendere faciet ad vos ymbrem matutinum et serotinum sicut in principio. Et implebuntur horrea vestra frumento: et redundabunt torcularia vino et oleo: et comedetis vescentes et saturabimini: et laudabitis nomen domini dei vestri qui fecit vobiscum mirabilia. Et non confundetur populus meus in sempiternum: et scietis quia in medio israel ego sum. Ego dominus deus vester et non est amplius: et non confundetur populus meus in sempiternum. Ait dominus: omnipotens. Alleluia. Versus. Veni sancte spiritus. Oratio.

DEus qui discipulis tuis spiritum sanctum paraclitum in linguis igneis et feruore tui amoris mittere dignatus es: da populis in vnitate fidei esse feruentes: vt in tua dilectione permanentes: et in fide inueniantur stabiles: et in opere efficaces. Per. In vnitate eiusdem. ¶ Lectio iohelis prophete. iii.

HEc dicit dominus deus. Effundam de spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Senes vestri somnia somniabunt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo: et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum: sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem: ante

q̄ veniat dies dñi magnus et manifestus. Et erit omnis quicūq; inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Allã. ℣. Spiritus sanctus procedens a throno apostolorū pectora inuisibili hodie perlustrauit potētia. Oremus. Oro.

Da nobis q̄s dñe per gratiā sancti spirit⁹ nouā tui paracliti spiritalis obseruātie disciplinā vt mētes nostre ipso purificate cunctis reddantur eius muneribus aptiores. Per do no. In vnitate eiusd. spiritus. ¶ Lectio libri leuitici. xxiii

In dieb⁹ illis Locut⁹ est dñs ad moysen: dicēs. Loq̄re filiis israel: & dices ad eos. Cū ingressi fueritis terrā quam ego dabo vobis: & messueritis segetē feretis manipulos spicarū primitias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculum corā dño: vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiarū septem ebdomadas plenas: vsq; ad alterā diē expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificiū nouū dño / ex oībus habitaculis vestris. Panes primitiarū duos de duabus decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dño Et vocabitis hunc diē celeberrimū atq; sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo: legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis et generationib⁹ vrīs. Dicit dñs: oīps. Allã. ℣. Fact⁹ est repēte. Or.

Presta q̄s dñe: vt a nostris mentibus spūs sctūs carnales āmoueat affect⁹: & spiritalia nobis dona potēter īfundat. Per do. In vnitate. Lec. danielis pphē. iii.

Angel⁹ dñi descendit cū azaria & sociis ei⁹ in fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flāma autem diffusa est sup fornacē cubitis quadragitanouem: & incēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis: q̄ eā incēdebāt. Illos autē oīno nō tetigit ignis neq; cōtristauit: nec q̄cq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabāt et glorificabāt et bñdicebāt deū in fornace: dicētes. Bñdictus es dñe de⁹ patrū nostrorū et laudabilis et superexaltatus ī secula. Et bñdictū nomen glorie tue sctū: et laudabile et superexaltatū in oībus seculis. Benedictus es in tēplo sancto glorie tue: et superlaudabilis et supergloriosus ī secula. Bñdict⁹ es in throno regni tui: et superlaudabilis et superexaltatus ī secula. Bñdictus es qui intueris abyssos et sedes sup cherubin: et laudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus in secula. Bñdicite oīa opera dñi dño: benedicite celi dño bñdicite angeli dñi dño: hymnum dicite et superexaltate eū ī secula. Bñdicite aque q̄ super celos sūt dño: bñdicite omnes virtutes dñi dño. Benedicite sol et luna dño: benedicite stelle celi dño: bñdicite ymber & ros dño: benedicite onmes spiritus dei dño: hymnum dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite ignis & estus dño: benedicite noctes et dies dño: benedicite tenebre et lumen dño: hymnum dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite frigus et cauma dño: benedicite pruina et niues dño / benedicite fulgura et nubes dño: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Benedicat terra dominū / benedicite mōtes et colles dño: benedicite omnia nascentia terre dño. hymnum dicite & superexaltate eum in secula. Benedicite maria et flumina domino:

benedicite fontes dño: bñdicite cete et oīa que mouentur in aquis dño: hymnum dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicite volucres celi dño: benedicite bestie et vniuersa pecora dño: benedicite filii hominum dño: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicat israel dominũ: benedicite sacerdotes domini dño: bñdicite serui dñi dño: hymnum dicite et superexaltate eum ĩ secula. Benedicite spirit⁹ et anime iustorum dño benedicite sancti et humiles corde dño: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Bñdicite anania azaria misael dño: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Allã. V⁹. Benedictus es dñe deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Dicat nũc. Dñs vobiscũ. Oro.

DEus qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dñm nrm. Ad romanos. v.

FRatres: Iustificati ex fide: pacem habeamus ad deũ per dñm nostrum iesum xpm. Per quẽ et accessum habemus per fidẽ in gratiam istam: in qua stamus et gloriamur ĩ spe glorie filiorum dei. Non solum autẽ: sed et gloriamur in tribulationibus scientes q tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationẽ: probatio vero spem. Spes autem non confundit: quia caritas dei diffusa est ĩ cordibus nostris per spiritum sanctũ: qui datus est nobis. Alleluya. V. Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. Sequentia.

VEni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater pauperum veni dator munerum veni lumẽ cordiũ. Consolator optime dulcis hospes aie dulce refrigeriũ. In labore reqes in [illegible] ries in fletu solatiũ. O lux [illegible] sima reple cordis itima [illegible] um. Sine tuo numine nich[illegible] in lumie nichil est in noxiũ. [illegible] sordidũ riga qđ est aridum [illegible] est sauciũ. Flecte qđ est ri[illegible] ue qđ est frigidũ rege qđ est [illegible]. Da tuis fidelibus in te confi[illegible] sacrum sacrificium. Da [illegible] meritum da salutis exitum da per[illegible] ne gaudium. Secundum luc[illegible].

IN illo tẽpore. Surgẽs [illegible] de synagoga: itroiuit in domum symonis. Socrus aũt symonis: tenebat magnis febribus. Et rogauerũt illũ p ea. Et stãs sup illã: iperauit febri: et dimisit illã. Et cõtinuo surgens: ministrauit illis. Cũ sol aũt occidisset: oẽs qui habebãt infirmos variis lãguorib⁹ ducebãt illos ad eum. At ille singulis man⁹ ipones: curabat eos. Exibãt aũt demonia a multis clamãtia et dicẽtia: qꝛ tu es fili⁹ dei. Et increpãs nõ sinebat ea loqui: qꝛ sciebant ipsũ esse xpm. Facta autem die: egressus ibat in desertum locũ: et turbe requirebant eum. Et venerũt vsq ad ipsum: et detinebãt eum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat predicãs: in synagogis galilee. Credo. Offertoriũ. Emitte spiritũ tuũ et creabũtur et renouabis facie terre sit gloria dñi in secula allã. Secr.

HEc oblatio qs dñe cordis nostri maculas emũdet: vt sci spũs digna efficiat habitatio. Per. In vni. Prefatio. Qui ascẽdẽs. Cõmunicãtes. et Hãc igit. Cõio. Non relinquã vos orphanos veniã ad vos iterũ allã: et gaudebit cor vrm allã. Postcõ.

PRebeant nobis quesumus diuinum tua sancta feruorẽ

quo cor pariter et actu delectemur et fructu. Per do. ¶ Ista oro deuota est sacerdoti ad dicẽdũ añ missã quã sanctus augustinus cõposuit.



Summe sacerdos et vere põtifex qui te obtulisti deo pr̃i hostiã purã et imaculatã in ara crucis p nobis miseris pctõrib⁹: quiq3 dedisti nobis carnẽ tuã ad manducandũ et sanguinẽ tuũ ad bibendũ et posuisti istud misteriũ in virtute tui spũs dicẽs. Hec quotienscũq3 feceritis in meã memoriã facietis: rogo p sanguinẽ tuũ preciosum magnũ salutis nr̃e pciũ: rogo per hãc mirã et ineffabilẽ caritatẽ qua nos miseros idignos sic amare dignatus es vt lauares nos a peccatis nostris ĩ sanguine tuo: doce me seruũ tuũ indignũ quẽ etiã iter cetera dona tua ad officiũ sacerdotale vocare dignat⁹ es: nullis meis merit3: s3 sola miseratiõe mĩe tue doce me q̃so per spiritũ sanctũ tuũ tantũ tractare misteriũ ea reuerentia et deuotione/ eo timore et honore: q̃bus oportet ꝛ decet. Fac me p gratiã tuã semper illud de tãto misterio credere et itelligere: sentire firmit ꝛ tenere dicere et cogitare: qđ tibi placeat et expedit aie mee. Intret spirit⁹ tuus bonus in cor meũ qui sonet ibi sine sono: et sine strepitu verborũ: loquat oẽm veritatẽ tantoꝝ misterioꝝ. Profunda q̃ppe sunt nimis ꝛ sacro tecta velamine. Propt magnã clementiã tuã: cõcede michi missaꝝ solẽnia puro corde et mũda mẽte celebrare. Libera cor meũ ab imũdis et nephãdis: vanis et noxiis cogitationib⁹. Muni me beatoꝝ angeloꝝ pia et fida custodia: atq3 fortissima tutela: vt hostes bonoꝝ oĩm cõfusi discedãt. Per virtutem tãti mysteriũ: et per manum sancti angeli tui repelle a me/ et a cunctis famulis tuis diabolicũ spiritũ superbie et cenodoxie/ liuoris et blasphemie/ fornicationis/ et immundicie/ dubietatis et diffidentie. Confundantur q nos persequuntur: pereant illi q perdere cũcta festinant. Rex virginũ amator castitatis et integritatis de⁹ celesti rore bñdictionis tue extingue in cor meũ fomitẽ ignẽ ardẽtis libidinis vt maneat ĩ me tenor totius castitatis corporis et aie. Mortifica ĩ mẽbris meis carnis stimulos/ oẽs libidinosas cõmotiones: et da michi verã ꝛ perpetuã castitatẽ cũ ceteris donis tuis q̃ tibi placẽt ĩ veritate: vt sacrificiũ laudis casto corpore et mundo corde valeam tibi offerre quotidie. Quãta enĩ cordis cõtritiõe ꝛ lachrymarũ vbertate: quãta reuerentia et veneratione/ q̃ta corporis castitate et aie puritate istud diuinum et celeste sacrificiũ est celebrandũ dñe vbi caro tua ĩ vitate sumit: vbi sãguis tuus ĩ veritate bibit: vbi yma summis iũgunt/ vbi adest sanctoꝝ presẽtia ãgeloꝝ/ vbi tu es sacerdos ꝛ sacrificiũ mirabilit ꝛ ieffabilit. Quis digne hoc celebrare potest/ nisi tu deus oĩps offerẽtem feceris dignum? Scio et vere scio et idipsũ bonitati tue cõfiteor: q nõ sum dign⁹ ad tãtũ accedere misterium ppter nimia peccata mea: ꝛ negligẽtias meas ĩfinitas. Sed scio ꝛ veraciter et toto corde credo/ ore cõfiteor: q3 tu potes me facere dignum: qui solus potes facere mundũ de immundo conceptum semine: et de peccatoribus iustos facis ꝛ sãctos. Per hãc oĩpotẽtiã tuã te rogo: cõcede michi pctõri hoc celeste sacrificiũ celebrare cũ timore et tremore/ cum cordis puritate/ et lachrymarum fonte/ cum leticia spirituali/ et gaudio celesti. Sentiat mẽs mea dulcedinẽ beatissime

presentie tue et excubias sanctorum
tuorum i circuitu meo. Ego enim
memor venerãde passionis tue ac-
cedo ad altare tuũ licet peccator: vt
offeram tibi sacrificiũ quod tu insti-
tuisti: et offerri p̃cepisti: in cõmemo
ratione tui pro salute nostra. Su-
scipe ergo illud q̃so sũme pater pro
ecclesia tua sãcta: et p ppl'o tuo quẽ
acq̃sisti sãguine tuo. Et q̃ me pctõ-
rem inter te et eũdẽ ppl'm mediũ es-
se voluisti: licet in me boni opis nõ
agnoscas testimoniũ: officiũ saltẽ
dispẽsationis credite nõ recuses nec
per me idignũ eorũ salutis pereat pre
cium pro q̃bus victima factus salu
taris dignatꝰ es esse redẽptio. Pro-
fero ergo dñe si digneris ppiciꝰ in-
tueri tribulatiões plebiũ: picula po
pulorũ: captiuorũ gemitꝰ: miserias
orphanorũ: necessitates pegrinorũ:
iopiã debiliũ: desperationes lãguẽ-
tiũ: defectus seniũ: suspiriã iuueniũ:
vota virginũ: lamẽta viduarum.
Tu eni misereris oim dñe: ⁊ nichil
odisti eorũ q̃ fecisti. Memorare q̃ sit
nostra substãtia. Tu deꝰ noster es:
ne irascaris nobis: neq̃ multitudi-
nem viscerũ tuorũ sup nos cõtineas.
Nõ eni in iustificationibꝰ nr̃is pro
sternimus preces ante faciẽ tuã: sed
in miserationibus tuis multis. Au
fer a nobis dñe iniquitates nr̃as: et
ignẽ sancti spiritꝰ in nobis clemen
ter accẽde. Aufer cor lapideũ de car-
ne nostra: ⁊ da nobis cor carneũ qd
te timeat: te amet: te diligat: te sequa
tur: te perfruat. Oramꝰ dñe clemẽ-
tiam tuã: vt familiã tuã sacri nois
tui officio p̃stolantẽ sereno aspicere
digneris vultu: ⁊ vt nulliꝰ sit irritũ
votũ nullius vacua postulatio: tu
nobis p̃ces suggere quas ipse ppici
us audire ⁊ exaudire delecteris. Ro
gamus te etiã bone iesu et pro spiri-
tibus fideliũ defunctorũ: vt sit illis
sanitas/salus/gaudiũ/et refrigeri-
um: hoc magnũ pietatis sacramen
tũ. Deꝰ meꝰ sit illis hodie magnũ
plenũ conuiuiũ de te pane viuo qui
de celo descẽdisti: et das vitã mũdo
de tua carne sctã et bñdicta agni vi
delicet imaculati q̃ tollit pctã mũdi
q̃ de sctõ gloriose virgis marie vte
ro est assumpta et de spiritu sctõ cõ-
cepta: de illo inq̃ pietatis fonte qui
per lãceã militis ex tuo sanctissimo
latere feliciter emanauit: vt qñde re-
fecti et satiati: refrigerati et consola-
ti exultent in laude ⁊ gloria tua. Pa
nis quẽ ego dabo caro mea est: p se
culi vita. Si quis manducauerit ex
hoc pane viuet ieternũ. Panis dul-
cissime sana palatũ cordis mei vt sẽ
tiam suauitatẽ amoris tui. Sana
eũ ab oĩ lãguore: vt nullã p̃ter te sẽ
tiat dulcedinẽ. Panis candidissime
habẽs oẽ delectamẽtũ et oẽm sapo
rem suauitatis q̃ nos reficis semp ⁊
in te nũq̃ deficis: comedat te cor me
um ⁊ dulcedĩe saporis tui repleãtur
viscera aĩe mee. Mãducat te angelꝰ
pleno ore: mãducet te pegrinus ho
mo p modulo suo ne deficere possit
in via: tali recreatꝰ viatico. Panis
sãcte/panis viue/panis pulcher/pa
nis mũde: q̃ descẽdisti de celo: ⁊ das
vitã mũdo: veni i cor meũ et mũda
me ab omi inq̃namẽto carnis ⁊ spi
ritꝰ. Intra in aĩam meã: et sanctifi-
ca me interius ⁊ exterius. Esto tuta
men ⁊ cõtinua salꝰ corpis ⁊ aĩe mee
Repelle a me insidiantes michi ho-
stes. Recedãt procul a p̃sentia potẽ-
tie tue: vt itus et foris munitus: p te
recto tramite ad regnũ tuũ perueni
am vbi non in mysteriis sicut i hoc
tempore agitur: sed facie ad faciem
te videbimꝰ cum tradideris regnũ
deo patri: et deus eris oĩa in omni-
bus. Tunc eni me de te satiabis sa-
tietate viuifica: ita vt neq̃ esuriam

neqꝫ sitiam in eternum. Amen.
Quādo presbyter lauat manus su-
as ante missā dicat hanc orationē.

Largire sensib⁹ nr̄is oīps pa-
ter: vt sicut hic abluunt inq̄-
namēta manuū: ita a te mūdentur
pollutiōes mentiū ⁊ crescat i nobis
augmētum sanctaꝝ virtutū. Per.
An. Introibo ad altare dei: ad deū q̄ leti-
ficat iuuentutē meā. Ps. Iudica me
deus et discerne. cum Gloria patri.
Kyrie eleysō. Xpe eleyson. Kyrie eleyson.
Pr̄ noster. Et ne nos. Ostēde nobis dn̄e.
Sacerdotes tui iduantur. Dn̄e exaudi.
Et clamor. Dn̄s vobiscum. Oratio.

Actiones nr̄as q̄sumus do-
mine aspirādo p̄ueni/ et ad-
iuuādo p̄sequere: vt cuncta nostra
operatio ⁊ a te semper incipiat ⁊ per
te cepta finiatur. Per dn̄m nostrū.

Aures tue pietatꝫ mitissime
deus: inclina precibus me-
is ⁊ grā sācti spiritus illumina cor
meū: vt tuis misteriis digne mini-
strare/ teqꝫ eterna caritate diligere:
et sempiterna gaudia percipere me-
rear. Per xp̄m. Sacerdos itroiens
ad altare ⁊ p̄cedētib⁹ i ordine mini-
stris dicat. V. Confitemini dn̄o qm̄ bo-
nus: Qm̄ in seculum misericordia eius.

Confiteor deo et beate ma-
rie et omnibus sanctis ⁊ vo-
bis fratres: quia ego peccator pecca-
ui nimis. corde/ ore/ opere/ omissio-
ne/ mea culpa. Ideo precor glorio-
sam dei genitricem mariam et om-
nes sanctos dei ⁊ vos orare p̄ me.
Misereatur vestri oīpotēs deus: et
dimittat vobis omnia peccata ve-
stra: liberet vos ab omni malo / ser-
uet et cōfirmet in omni opere bono
et perducat vos ad vitam eternā.
Absolutionem et remissionē om-
niū peccatorū vestrorum spaciū ve-
re penitentie emēdationē vite gra-
tiam et consolationē sancti spirit⁹:
tribuat vobis oīpotens et miseri-
cors dn̄s. Amen. ¶ Factaqꝫ ante
gradus altaris cōfessione ascendat
ad altare dicēs Deus tu conuers⁹ vi-
uificabis nos. Et plebs tua letabit in te.
Ostēde nobis dn̄e. ℞. Sacerdotes tui.
Dn̄e deus virtutum. Dn̄e exaudi orati-
onē meā. Et clamor meus ad te veniat.
Dn̄s vobiscum. Inclinatus ad alta-
re dicat deuote et submisse.

Aufer a nobis dn̄e omnes ini-
quitates nostras vt ad san-
cta sanctorꝫ mereamur puris men-
tibus introire. Per christum domi-
num nostrū. ¶ Erectus signet se: ⁊
in dextro cornu altaris dicat offici-
um. Et postea icēset altare. In me-
dio altaris erectis manib⁹ īcipiat.
Gloria in excelsis deo. omnibus du-
plicibus festis p̄ annū: tam maiori-
bus q̄ minorib⁹ siue de tēporali si-
ue de festis sanctorum. Exceptis fe-
stis beate marie: et excepto festo san-
cti michaelis quando dicitur Glo-
ria in excelsis. canitur hoc modo.



Glo ria in excelsis de o.

Iste cantus sequens dicetur ad pri-
mā missā in die natalis dn̄i et in vi-
giliis pasche et pēthe. et i festo sācti
michaelis archangeli hoc modo.




Glori a in ex cel sis de o.

Iste cantus sequens dicetur omni-
bus diebus dn̄icis per annū si a fe-
stis duplicibus vacauerit ⁊ in vtro-
qꝫ festo scē crucis vbicūqꝫ euenerit
et in festis. ix. lec. ⁊ i octabis p̄cipuis
et in vigiliis in dn̄icis contingenti-
bus exceptis vigilia epyphanie ⁊ ex-
ceptis octauis assumptionis et na-
tiuitatis beate marie hoc modo.



Glori a in ex cel sis deo.

Iste cantus sequens dicetur in om nibus festis nouem lectionum: exce ptis dñicis contingentibus ⁊ vtro qꝫ festo sc̄te crucis. Dicetur etiam in quinta et sexta fer. et sabbato eb= doma. pasche et penthecost. ⁊ octa= uis precipuis si extra dñicā euenerit preterqꝫ in octauis assumptionis ⁊ natiuitatis beate marie hoc modo.




Glo ri a in ex cel sis de o.

Iste cantus sequēs dicetur in oīb⁹ festis et cōmēo. beate marie et infra octa. et in octauis assumptionis et natiuitat; eiusdem. Dicet etiam ad missā i aurora i die natalis dñi et in vigilia epiphanie cum i do. eue. et i sexta die a natali dñi quacunqꝫ die cōtigerit: incipiatur hoc modo.



Glo ri a in excel sis de o.

Isti tres cantus sequētes dicuntur alternatim in oībus cōmēorationi bus apostoloꝝ petri et pauli ⁊ sc̄ti Willelmi: et in mediis feriis infra oēs octa. precipu. preterqꝫ ifra octa. assumptionis ⁊ natiuitatis btē ma rie. Dicentur etiā in festis trium le. infra octa. sc̄ti iohānis baptiste et sancti petri ad vincula contingenti bus. excepto festo sancti leonis. ⁊ in octa. sc̄ti stephani sancti iohānis et sanctorum innocentium cum ex= tra domi. euenerint. hoc modo.



Glo ri a in excelsis deo.




Gloria in excelsis deo.



Gloria in excel sis de o. Et in terra pax hoībus bone volū tatis. Laudamus te. Benedicim⁹ te. Adoramus te. Glorificamus te. Grās agim⁹ tibi ppt magnā glo riā tuā. Dñe deus rex celestis deus pater oīpotens. Dñe fili vnigenite iesu xp̄e. Dñe de⁹ agn⁹ dei fili⁹ pris Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mūdi su scipe dep̄cationē nostrā. Qui sedes ad dexterā patris miserere nobis. Qm̄ tu solus sanct⁹. Tu sol⁹ dñs Tu sol⁹ altissim⁹ Iesu xp̄e cū sc̄to spū. In glīa dei patris. Amē. Post ea 9uers⁹ sacer. ad ppl'm dicat. Dñs vobiscū. cū collecta. Nota qꝫ ad mis. iuxta rom. ord. vna collecta dr ppter vnitat; sacram. Et tres exē plo dñi q ter āte passionē orasse le gitr vl ppter trinitat; misse. Quīn qꝫ ppt qnqꝫpartitā dñi passionem cui⁹ 9mēorationē eadē celebram⁹ of ficia septē: qꝛ septē dñi orōnis petiti ones ad 9secrationē eoꝝ misterioꝝ apłi frequētasse legūt: vel ad impe trādū septē dona sc̄ti sps. quē nūcꝫ nemo excedere vlla rōne pmittitur Ut eudēs habeat ⁊ plena cognitio qualit orones quas collectas voca mus rmināde sūt. Prius notandū est qꝫ i eis qnqꝫ dirigitur sermo ad patrem. quādoqꝫ ad filiū quando= qꝫ ad spiritū sanctū: quandoqꝫ ad totā trinitatē. Sed quando ad pa trem iterum considerandum est v trum ita dirigatur sermo ad patrē qꝫ fiat mentio de filio et spiritu san cto vel non. Et si in oratione que

ad patrem dirigitur fiat mentio de filio refert an fiat ante finalem partem an in ipso fine: et secundū has diuersitates narrabit finis. Si vero dirigit sermo ad patrē absq3 mētione filii et spūs sancti sic finietur. Per dnm nostrum iesum christū filium tuū. qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti de9. Per oīa secula seculorū. vt hic. Deus q̄ miro ordine angelorū. siue Concede nos famulos. Si vero de spū sācto fiat mētio dicetur. In vnitate eiusdem spirit9 sancti deus. vt hic. Deus qui corda fideliū. Ure igne sācti spiritus renes. Si vero de filio fiat mētio āte finalē partem dicetur. Per eundē dnm nostrum iesū christum filiū. vt hic. Deus q̄ de beate marie virginis. Largire nobis clemētissime. Si vero ī fine fit mentio de filio. dicetur. Qui tecum viuit et regnat. vt potest videri in oratione de sācto stephano cuius finis talis est. Qui nouit etiā pro persecutoribus exorare dnm nostrum iesum christū filiū tuū. Qui tecū viuit ꝛc. ꝛc. Itē in orōne. Deus qui salutis eterne beate. Si autē ad filium dirigitur oratio sine mētione spirit9 sācti. vt hic. Excita dn̄e potentiā tuā et veni vt. et similiter in aliis orōnibus de aduentu dn̄i dicet. Qui viuis et regnas cū deo patre. In vnitate spiritus sancti de9. si fiat mentio de spiritu sācto dicetur. Qui cū patre et eodē spiritu sancto viuis et regnas. ꝛc. Itē orōnes ad patrem in quibus mentionē de trinitate facimus sic concludimus. In qua viuis et regnas deus. sicut ī illis orōnibus. Oīps sempiterne deus q̄ dedisti nobis. Populum tuum dn̄e. Illas autē quas ad ipsam trinitatē dirigimus: sic finimus. Qui viuis et regnas deus. vt hic. Placeat tibi sancta trinitas obseq. ¶ Secundum autē romanā ecclesiā nullam orationē cum. Per eū qui venturus est iudicare. cōcludimus nisi quando fit exorcismus ī quo dyabolum per diuinū iudiciū vt a creatura dei recedat exorcisamus. Nā ī aliis orationib9 quas cū Per dnm. concludimus patrē vt per amorē filii nobis subueniat ϸlorauimus. In exorcismus aūt dyabolū per dei iudiciū vt aufugiat increpamus in quo iudicio scit se dyabolus potētissime dānandū: cuius timore iudicii ꝯcutit. Dum legitur epistola ꝛ canit gradale. et alla. vel tractus vel tropus sedeat cū ministris vsq3 ad euangelium legendum. Dum petit diaconus bn̄dictionem: respondeat sacerdos dicēs. Dn̄s aperiat tibi os ad legendū ꝛ nobis aures ad intelligēdum sanctū euangelium dei pacis. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Et diaconus dicat. Da michi dn̄e sermonē rectū et benesonantem in os meū vt placeāt tibi verba mea: et omnibus audientibus propter nomē tuū in vitam eternam. Amen. Post lectū euangelium dicat sacerdos secrete. Benedictus qui venit in noīe domini. Postea osculetur textum. Statim sacerdos in medio altaris simbolum fidei incipiat excelsa voce.



Credo in vnum deum. Patrem omnipotētem factorē celi et terre visibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dnm iesum christum filium dei vnigenitū. Et ex patre natū āte omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deū verum de deo vero. Genitum non factum cōsubstantialē patri per quē

omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sãcto ex maria virgine ⁊ homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub põtio pylato. Passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum ventur⁹ est cum gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sãctum dominum et viuificantem. Qui ex patre filioq̃ procedit. Qui cum patre ⁊ filio simul adoratur et cõglorificat. Qui locutus est per prophetas. Et vnã sãctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma i remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorū. Et vitam venturi seculi. Amen.

¶ Notandum q̃ Credo dicitur generaliter omnibus dñicis diebus p totum annum siue in eis fiat seruitium de do. siue de sãcto quocunq̃. In die natalis dñi: et quotidie p oc. In die epyphanie: et in die octabarum. In die pasche: et quotidie per octa. In die ascensionis: et in die oc. In die penthecostes: et quotidie per octa. In festo corporis christi: et die octauar. Et in omnibus festis beate marie virginis: et in diebus oct. assumptionis ⁊ natiuitatis eiusdē. Et in festis apostolor petri et pauli: et in die octa. Et generaliter i omnibus festis apostolor et euangelistarū. Et in festo sancti petri ad vincula et in die octauarū. Et in cathedra eiusdem. Et in vtroq̃ festo sancti iohannis baptiste. Et in vtroq̃ festo sancte crucis. Et in festo sãcte marie magdalene. Et in festo sancti michaelis. Et in festo omniū sãctorum. Et i festo reliquiarum. Et in festo sancti Willelmi i matrici ecclesia tantum. Et in festis quatuor doctorum scilicet sanctorū Gregorii Ambrosii Augustini et Hieronimi: in festo dedicatiõis ecclesie dicetur etiam Credo. in cathedralib[illegible] ecclesiis die absolutionis prout ibi dicitur dum canitur Credo subdiaconus cum textu: et accolitus cum thuribulo chorum circūeant. Post conuersus sacerdos ad populū dicat. Dñs vobiscum. reuersus dicat Oremus. Et canat cum suis ministris offer. Postea lauet manus et componat hostiam super corporales pannos et dicat.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem quam ego miser et indignus peccator offero i honore tuo et beate marie et omnium sanctorum tuorū pro peccatis et offensionibus meis. pro salute viuorum et requie fidelium defunctorū in nomine patris et filii et spirit⁹ sãcti. Amen. Item calicem cum vino et aqua et dicat. Acceptum sit omnipotenti deo sacrificium istud. in nomine patris et filii et spiritus sãcti. Amen. Interim lauet manus et dicat. Lauabo inter innocentes manus meas: et circundabo altare tuum domine. et hymnū. Ueni creator spirit⁹ mentes tuorum. Postea ante medium altaris inclinatus dicat. In spiritu humilitatis ⁊ animo contrito suscipiamur a te domine ⁊ sit fiat sacrificium nostrum vt a te suscipiatur hodie. ⁊ placeat tibi domine deus meus. Et inclinando et ingrediendo osculetur altare: et signet sacrificiū dicendo. Sit signatum ✠ ordinatum ✠ et sanctificatum ✠ hoc sacrificium nostrum Post versus ad populum dicat.

Orate fratres et sorores pro me peccatore vt meum pariterq̃ vestrum

domino deo acceptum sit sacrifici-
um. Chor⁹ secrete respondeat. Ex-
audiat te domin⁹ in die tribulatio-
nis. vsqꝫ. memor sit omnis sacrifi-
cii tui. Post vs⁹ ad altare dicat secre
tas ⁊ cõcludat Per dominũ nostrũ
iesum christũ filiũ tuum. qui tecum
viuit et regnat in vnitate spiritus
sancti deus. Et dicat Per omnia se-
cula seculorũ. Cum alta voce. Et se
quatur prefatio q̃ ptinet ad diem.

Hec prefatio. Quia per incar
nati. dicatur in die natiuita-
tis domini in tribus missis p octa-
uas quotidie. etiam si dicatur de sã
ctis siue de commemorationib⁹. et
in die circuncisionis: et in vigilia e-
pyphanie si in dominica contigerit
et in dominicis diebus int octauas
epyphanie: ⁊ purificationem nisi fe
stum alicuius sancti nouem lectio.
euenerit in dominica. et nisi. lxx. pre
ueniat purificationem quia infra se
ptuagesimam vsqꝫ ad diem cineru
nõ dicitur prefatio nisi communis:
cum de septuagesima cãtatur. Die
autem purificationis quocunqꝫ tẽ
pore euenerit dicetur pfatio seques.
Et si dies dominica inter purifica-
tionem et septuagesimam euenerit
in ipsa dominica dicatur pfatio cõ-
munis tantum. Et dicitur prefatio
predicta in festo corporis christi. Et
quotidie infra octauas et octa. die.
et in missis sanctorum quorũcunqꝫ
infra octa. contingentibus. Et i cõ
memorationibus.

Eterne deus. Quia per in-
carnati verbi misterium: noua
mentis nostre oculis lux tue cla-
ritatis infulsit. Ut dum visibi-
liter deũ cognoscimus p hunc in
visibilium amorem rapiamur.
Et ideo cum angelis.


In prima missa natalis domini infra actionem.

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes. qua beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam venerantes. In primis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum etc. In secunda et tercia missis natalis dñi et quotidie per octauas: etiam si canitur de sancto siue de commemoratione et in die circumcisionis infra actionē.

Communicantes et diem sacratissimum celebrātes quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorē. Sed et memoriam venerantes. In primis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum. Hec p̄fatio. Quia cum vnigenitus filius tuus. Dicetur in die epiphanie in singulis dieb9 per octauas et Communicantes. Similiter etiam de sanctis dicatur siue de commemorationibus.

Prefatio.

Eterne deus. Quia cū vnigenitus tuus in substantia nostre mortalitatis apparuit in noua nos immortalitatis sue luce re-



parauit. Et ideo cum angelis.

In die epiphanie et quotidie per octauas infra actionem.


Communicantes et diem sacratissimū celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate nostre carnis visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam venerantes. In primis gloriose semp virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi. Sz et beatorum. et cetera. Hec prefatio. Qui corporali. Dicetur in capi. ieiunii. et ab hodie vsq3 ad passionē in singulis diebus quadragesim. tam dominicis q̄ aliis diebus ferial. exceptis missis que dicuntur de fest. sanctorum.



Eterne deus. Qui corpora-




li ieiunio vicia comprimis: men-



tem eleuas virtutem largiris et



premia. Per xp̄m dominū nr̄m.



Per quem maiestatem tuam. Et prefatio. Qui salutem. Quotidie dicatur cum de pascha agitur et etiam die cene. Et in duobus festis sancte crucis et in commemoratione sancte crucis. Prefatio.

Eterne deus. Qui salutem

humani generis in ligno crucis

constituisti. ut unde mors oriebatur: inde vita resurgeret. Et qui

in ligno vincebat: in ligno quoq

vinceretur: per xpm dnm nostrū.

Per quē maiestatem tuam.

In die cene prefatio.

Cōmunicātes ꝛ diē sacratissimū celebrātes quo dn̄s nr̄ iesus xp̄s ꝓ nobis est tradit⁹. Sed et mēoriā venerātes in primis gliose sep̄ v̄gis marie gēitricis eiusdē dei et dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Eodē die īfr. acti.

Hanc igitur oblationem seruitutis nr̄e sed et cūcte familie tue quam tibi offerimus ob diē in qua dn̄s nr̄ iesus xp̄s tradidit discipulis suis corporis et sāguis sui misteria celebrāda. Quesum⁹ dn̄e vt placat⁹. Itē eodē die īfra actionē.

Qui pridie q̄ pro nostra omniū salute pateret hoc est hodie. accepit panem in sanctas ac venerabiles man⁹ suas ꝛc. In vigil. pasche et ī die pasche. ꝛ quotidie per octa. et ī singulis dieb⁹ dn̄icis vsq ad ascēsio. dn̄i cū de do. cātat. Sȝ si dicat de aliquo sctō ī dn̄icis: tūc p̄fatio cōis dicat. Si cātet de dn̄ica vsq ad ascensio. domini sic dicatur.

Et te quidem omni tēpore. sȝ in hoc potissimum gloriosius predicare. ꝛc. qr non dicit in octa. pasche neq post hec dictio: die. ī prefatione neq Cōmunicātes siue Hāc igit. Sed ī vigilia pasche dicatur sic ī p̄fatione Et te q̄dem oī tpe. sed in hac potissimū nocte gloriosi⁹ p̄dicare Prefa.

Eterne deus. Et te q̄dē oī tēpore. sed in hoc potissimū die gloriosius p̄dicare: cū pascha nostrū immolatus est xp̄s. Ipse eni ver⁹ est agn⁹: q̄ abstulit peccata mūdi. Qui mortem nostrā moriēdo destruxit et vitam resurgendo reparauit. Et ideo cum angelis.

¶ In vigilia pasche infra actionē.
Communicātes ⁊ noctē sacratissimā celebrātes resurrectiōis dñi nr̄i iesu xp̄i scd̄m carnē Sed ⁊ mēoriā venerātes in primis gl'iose sēp virgis marie genitricis eiusdē dei et dñi nr̄i iesu xp̄i. Sed et beatorum. Eodem die īfra actionē
Hanc igitur oblationem seruitutis nostre sed ⁊ cuncte familie tue quam tibi offerimus: pro his quoq3 quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ sp̄ū sācto tribuens eis remissionem oīm peccatorum. Quesumus dñe. ¶ In die pasche ⁊ quotidie per octa. infra actionem.
Communicantes et diem sacratissimum celebrantes resurrectionis dñi nostri iesu xp̄i secūdum carnē. Sed ⁊ memoriā venerantes in primis gloriose semp virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu christi. Sed ⁊ beatorum. Eodem die infra actionem
Hanc igitur oblationem seruitutis nr̄e: sed et cūcte familie tue quā tibi offerim⁹ p his quoq3 quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ sp̄ū sct̄ō: tribuēs eis remissionem oīm pctōꝝ. Quesumus dñe.
¶ Hec p̄fatio. Qui post resurrecti. dr̄ i die ascēsiōis et singulis dieb⁹ p oct. ⁊ Cōmunicātes. sil'r et de festis siue de cōmemoratione. Prefatio.

Eterne deus p xp̄m dominū nostrum. Qui post resurrectionē suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit. Et ipsis cernentibus est eleuatus in celum vt nos diuinitatis sue tribueret esse participes. Et ideo cū angelis.

¶ Infra actionem.
Communicātes et diē sacratissimū celebrātes quo dñs noster vnigenitus filius tu⁹ vnitā sibi fragilitatis nostre substātiam in glorie tue dexteram collocauit. Sed et memoriam venerantes in primis gloriose semper virgis marie genitricis eiusdem dei et dñi nr̄i iesu christi. Sed et beatorum
¶ In vigilia pentheco. nō dicitur prefatio nisi communis. Et i eadē vigilia penthecostes infra actionē.
Communicantes et diem sacratissimū pēthecostes p̄uenientes quo sp̄ūs sāct⁹ ap̄lis i igneis linguis appuit. Sz ⁊ mēoriā venerātes. ⁊c. Eodē die infra actionem.
Hanc igit' oblationē seruitutis nostre: sed ⁊ cūcte familie tue quā tibi offerimus pro his quoq3 quos regenerare dignatus es ex aqua et sp̄ū sct̄ō tribuens eis remissionem oīm peccatoꝝ. Quesumus dñe. ⁊c. ¶ Hec p̄fatio Qui ascēdēs. dicatur in die sācto pēthe. et quotidie vsq3 ad festū sācte trinitatis. cū Cōmunicātes. Hanc igitur. etiam si fiat de festo alicuius sancti siue de commemorationibus prefatio.


Eterne de⁹. p xp̄m dn̄m no-
strū. Qui ascēdēs super oēs celos
sedensq; ad dexterā tuā p̄missū
spiritū sc̄tū hodierna die in filios
adoptionis effudit. Quapropter
p̄fusis gaudiis tot⁹ in orbe terrarū
mūdus exultat: sz et supne virtutes
atq; angelice potestates hymnū
glorie tue cōcinūt sine fine dicētes.
Sanctus. Sc̄tus. Sc̄tus dn̄s deus sabaoth. & cetera.
¶ In die penthecostes quotidie vsq; fest. sancte trinita. infra actionē.
Communicantes et diem sacratissimum pēthecostes celebrantes quo spiritus sanct⁹ apostolis in igneis linguis apparuit. Sed et memoriam.
¶ Eodem die infra actionem.

Hanc igit̄ oblationē seruitutis nr̄e: sz et cūcte familie tue quam tibi offerim⁹ pro his quoq; quos regn̄are dignat⁹ es ex aqua & sp̄ū sc̄tō: tribuēs eis remissionē oīū pctōꝝ. Quesum⁹ dn̄e. ¶ In die sc̄te trin. & i oīb⁹ dn̄icis diebus ab eodē fe. vsq; ad aduētū dn̄i qn̄ de do. agitur. Et i cōmeōratio. sc̄te trinita. et i missis spōsalib⁹ dr̄ hec prefatio.

Eterne deus. Qui cū vnigenito filio tuo et spiritu sācto vnus es deus: vn⁹ es dn̄s. Nō in vnius singularitate persone: sed in vni⁹ trinitate substantie. Qd̄ eni de tua gloria reuelante te credimus hoc de filio tuo: hoc de spiritu sancto sine differentie discretione sentim⁹ vt in cōfessione vere sempiterneq;




deitatis: et in psonis pprietas et in




essētia vnitas: et i maiestate adorer



FRatres: Existimo enim qd non sint condigne passio nes huius temporis: ad futurã glo riam que reuelabitur in nobis. Nã expectatio creature reuelationẽ filio rum dei expectat. Vanitati eni crea tura subiecta est nõ volens: sed pro pter eũ qui subiecit in spe. Q2 et ipsa creatura liberabitur a seruitute cor ruptionis: in libertatem glorie filio rum dei. Scimus eni q2 omnis cre atura ĩgemiscit & parturit vsq3 ad huc. Non solũ autẽ illa: sed et nos ip si primitias spiritus habẽtes: et ipsi intra nos gemimus adoptionẽ fi liorum dei: expectantes redẽptionẽ corporis nostri. In christo iesu: dño nostro. Grad. Propicius esto dñe pec catis nostris: nequãdo dicãt gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos de9 saluta ris noster: et propter honorem nõis tui dñe libera nos. Allã. V. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamẽtum meum et refugium meum. Scdm lucam.vi.

IN illo tpe: Dixit ies9 discipu lis suis. Estote misericordes sicut et pr vester misericors est. No lite iudicare: & nõ iudicabimini. No lite cõdẽnare: et nõ cõdẽnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabik vobis. Mẽsurã bonã et con fertã et coagitatã & supeffluentẽ: da bunt ĩ sinũ vestrũ. Eadẽ q̃ppe men sura qua mẽsi fueritis: remetiek vo bis. Dicebat autẽ illis & similitudi nẽ. Nunqd potest cecus cecũ duce re? Nõne ãbo in foueã cadũt? Non est discipulus super magistrũ. Per fectus autẽ oĩs erit: si sit sicut magi ster ei9. Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui: trabẽ autẽ que ĩ oculo tuo est nõ cõsideras? Et quo modo potes dicere fratri tuo/frater sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem nõ vides? Hypocrita: eiice primum trabem de oculo tuo/et tunc prospicies vt edu cas festucam: de oculo fratris tui. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte nequãdo dicat inimi cus me9 preualui aduers9 eũ. Secreta.

REspice dñe mũera supplicã tis ecclie: & saluti credentium ppetua sãctificatione sumẽda cõce de. Per dñm. Cõio. Dñs firmamẽtũ meũ & refugium meum et liberator me9 deus meus adiutor meus. Postcõio.

SAncta tua nos dñe sumpta viuificent: et mie sempiterne preparent expiatos. Per dominũ. ¶ Feria.iiii. Lec.epi b.pe.apo.iiii.

CArissimi: Nolite peregrina ri in feruore q̃ ad tentationẽ

vobis sit: quasi noui aliquid vobis contingat. Sed cōmunicantes xp̄i passionibus gaudete: vt ⁊ in reuelatione glorie ei⁹ gaudeatis exultātes Si exprobramini i noīe xp̄i bti: qm̄ glorie dei sp̄us in vobis requiescit. Nemo eni vestrū patiat̄ quasi homicida: aut fur/ aut maledicus/ aut alienoꝝ appetitor. Si autē vt xp̄ianus nō erubescat: glorificet aūt deū in isto nomine: qm̄ tēpus est vt incipiat iudicium de domo dei. Si aūt primū a nobis: quis finis erit eorū qui non credunt dei euangelio? Et si iustus vix saluabitur: ipius et peccator vbi parebūt? Itaq₃ et hi q̄ patiuntur secundū volūtatē dei: fideli creatori cōmendent aīas suas: in benefactis. ¶ Secundum lucam. xiii.

In illo tēpore. Accesserūt quidam phariseoꝝ ad iesum dicētes illi. Exi hinc: q₂ herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite: et dicite vulpi illi. Ecce eiicio demonia: et sanitates pficio hodie et cras/ et tercia die ɔsūmor. Verūtamē oportet me hodie ⁊ cras ⁊ sequenti die ābulare: q₂ nō capit pphetā perire extra hierusalē. Hierlm hierlm q̄ occidis prophetas ⁊ lapidas eos q̄ mittunt̄ ad te: quotiēs volui congregare filios tuos queādmodū auis nidū suum sub pēnis: et noluisti? Ecce relinquetur vobis dom⁹ vestra deserta. Dico autem vobis: quia nō videbitis me donec veniat cui dicatis. Benedictus qui venit: i nomine domini.

¶ Fer. vi. Lec. epi. b. ioh. apo. i. iii.

Karissimi. Si cor vestrū non reph̄enderit nos fiduciā habemus ad deū: q₂ quicq̄d petierim⁹ accipiemus ab eo. Qm̄ mādata ei⁹ custodim⁹: ⁊ ea q̄ sunt placita corā eo facimus. Et hoc est mandatum eius vt credamus in noīe filii ei⁹ iesu xp̄i: et diligamus alterutrū: sicut dedit mādata nobis. Et qui seruat mandata eius: in illo manet et ipse in eo. ¶ Secundum marcum. x.

In illo tp̄e. Exurgēs ies⁹: venit in fines iudee vltra iordanem. Et cōueniūt iterū turbe ad eū et sicut ɔsueuerat iterū docebat eos: Et accedētes pharisei: interrogabāt tentātes eū. Si licet viro vxorem dimittere? At ille respōdens: dixit eis. Quid vobis p̄cepit moyses? Qui dixerūt. moyses p̄misit libellū repudii scribere: ⁊ dimittere. Quibus respōdēs iesus: ait. Ad duriciā cordis vestri scripsit vobis p̄ceptuꝫ istud: ab initio aūt creature masculū et feminā fecit eos de⁹: ppter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue: et erunt duo i carne vna. Itaq₃ iam nō sunt duo: sed vna caro. Quod deus coniūxit: homo non separet. ¶ Dn̄ica quinta post octauas pēthecostes. Officiū.

Exaudi dn̄e vocē meam qua clamaui ad te: adiutor me⁹ esto ne derelinquas me: neq₃ despicias me de⁹ salutaris me⁹. ℣. Dn̄s illuminatio mea: ⁊ sal⁹ mea quē timebo. Or.

Da nobis q̄s dn̄e: vt et mūdi curs⁹ pacifice nobis tuo ordine dirigat̄: ⁊ ecclīa tua tranquilla deuotione letetur. Per dn̄m nr̄m.

¶ Lectio ep̄le bti petri apostoli. iii.

Karissimi: Oēs vnanimes i oratione estote cōpatientes/ fraternitatis amatores/ misericordes: modesti/ humiles. Nō reddentes malū pro malo: vel maledictū pro maledicto: sed econtrario benedicētes. Q₂ in hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis. Qui eni vult vitā diligere et videre dies bonos: coherceat linguā suā a malo: et labia eius ne loquātur dolū. Declinet a malo et faciat bonū:

inquirat pacē et sequatur eam. Qz oculi dñi super iustos ꝛ aures ei⁹ ad preces eoꝝ. Uultus aūt dñi: sup faciētes mala. Et quis est q̄ vobis noceat si boni emulatores fueritis: Sz ꝛ si qd patimini ꝑpter iusticiā: beati Timorē autē eoꝝ ne timueritis: vt nō cōturbemini. Dñm aūt xp̄m sanctificate: i cordibus vr̄is. Gra. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū. Allā. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuū exultabit vehementer. Scd̄m lucā. v.

IN illo tp̄e. Cū turbe irruerēt ad iesum: vt audirent verbū dei: ꝛ ipse stabat secus stagnum genazareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnū: piscatores aūt descenderāt ꝛ lauabāt rhetia. Accedēs aūt in vnā nauim q̄ erat symonis: rogauit eū vt a terra reduceret pusillum. Et sedēs: docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autē loqui: dixit ad symonem. Duc in altū: et laxate rhetia vr̄a in capturā. Et respōdēs symon: dixit illi. Preceptor per totā noctem laborantes nichil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rhete. Et cū hoc fecissent: concluserunt pisciū multitudinē copiosam Rumpebāt autem rhete eorum: et annuerūt sociis qui erant in alia naui: vt venirent ꝛ adiuuarent eos. Et venerunt et impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cū videret symō petrus procidit ad genua iesu dicens. Exi a me: quia homo peccator sū dñe. Stupor enim circundederat eum et omnes qui cū illo erant: i captura pisciū quā ceperant. Similiter autē iacobum et iohannē filios zebedei: qui erant socii symonis. Et ait ad symonem iesus Noli timere: ex hoc iā homines eris capiēs. Et subductis ad terrā nauibus: relictis omnibus secuti sūt eū. Offertoriū. Benedicam dominum qui michi tribuit intellectum: prouidebam deum i conspectu meo semper qm̄ a dextris est michi ne commouear. Secreta.

OBlatis q̄sumus dñe placare munerib⁹: ꝛ ad te nostras rebelles compelle propicius voluntates. Per dñm. Cōio. Unā petii a dño hanc requirā: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Postcōio.

MIsteria nos dñe sancta purificent: ꝛ suo munere tueanť. Per dñm. ¶ Feria quarta. Lctō libri apocalipsis bt̄i iohānis apl̄i. x.

IN diebus illis. Audiui vocē de celo iterū loquētē mecū: et dicentē. Uade accipe librū apertū de manu angeli stantis supra mare: et super terrā. Et abii ad angelū dicēs ei vt daret michi librum: ꝛ dixit michi. Accipe librum et deuora illum: ꝛ faciet amaricari ventrem tuū: sed in ore tuo erit tanq̄ mel dulce. Et cū deuorassē eum: amaricatus est venter meus ꝛ dixit michi. Oportet te iterū predicare pp̄lis ꝛ gētibus ꝛ linguis ꝛ regibus multis. Et datus est michi calamus similis virge: ꝛ dictum est michi. Surge et metire tēplū dei et altare: et adorantes in eo. Atrium autē quod est foris templum eiice foras: et ne metiaris illud quod datū est gentibus. Et ciuitatē sanctā calcabunt mēsibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis et prophetabūt dieb⁹ mille ducentis sexaginta: amicti saccis. Hi sunt due oliue: ꝛ duo cādelabra: i ꝯspectu dñi terre stantes. Scd̄m marcū. vii

IN illo tēpore. Surgens ies⁹: abiit in fines tyri et sydonis. Et ingressus domū neminē voluit scire: et nō potuit latere. Mulier enī statim vt audiuit de eo cuius habebat filia spiritū immundū: intrauit

et procidit ad pedes eius. Erat autē mulier gentilis syrophenissa genere. Et rogabat eū: vt demoniū eiice ret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est bonū sumere panem filiorū: et mittere canibus. At illa respondit: et dixit ei. Utiqȝ domine. Nam et catelli sub mensa comedunt de micis puerorū Et ait illi. Propter hūc sermonem vade: exiit demoniū de filia tua. Et cū abiisset domū suā: inuenit puellā iacentē supra lectū: et demonium exiisse ¶ Fer. vi. Ad thessalonicē. iiii

Fratres. De caritate fraternitatis: nō necesse habuim⁹ scribere vobis. Ipsi enim vos a deo didicistis: vt diligatis inuicē. Etenī facitis illud in omnes fratres: ī vniuersa macedonia. Rogamus autē vos fratres vt habundetis magis: et operā detis: vt quieti sitis. Et vt vestrū negocium agatis: ⁊ operemini manibus vestris: sicut precepim⁹ vobis. Et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: ⁊ nullius aliquid desideretis. ¶ Secundum lucā. xii.

In illo tpe. Dicebat iesus turbis iudeorū. Cū videritis nubem orientem ab occasu: statim dicetis nimbus venit ⁊ ita fiet. Et cū austrum flantem: dicetis qȝ estus erit ⁊ fiet. Hypocrite: faciem terre et celi nostis probare: hoc aūt tēpus quomodo non probatis? Quid aūt ⁊ a vobismetipsis nō iudicatis qđ iustum est? Cū aūt vadis cū aduersario tuo ad principē in via: da operam liberari ab illo ne forte tradat te apud iudicē: et iudex tradat te exactori: ⁊ exactor mittat te ī carcerē. Dico tibi nō exies inde: donec etiā nouissimum minutum reddas. Aderant autem quidam ipso in tempore nunciātes illi de galileis: quorum sanguinem miscuit pylat⁹ cū sacrificiis eorū. Et respondēs: dixit illis. Putatis qȝ hi galilei pre oībus galileis peccatores fuerūt qȝ talia passi sunt. Non: dico vobis. Sed nisi penitentiā habueritis: similiter omēs peribitis: sicut illi decē et octo sup quos cecidit turris ī siloā ⁊ occidit eos. Putatis qȝ et ipsi debitores fuerunt preter omnes homines habitantes in hierusalē: non dico vobis. Sed si nō penitentiam egeritis: omnes similiter peribitis. ¶ Dñica. vi. post oct. pēthe. Offi.

Dominus fortitudo plebis sue et protector salutariū xpi sui est saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsqȝ in seculū. Ps. Ad te domine clamabo deus me⁹ ne sileas a me neqñ taceas a me ⁊ assimilabor descendentibus in lacum. Oratio.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te ī oībus et super omnia diligētes: promissiōes tuas que oē desideriū superāt consequamur. Per dñm. ¶ Ad romanos. vi.

Fratres. Quicunqȝ baptizati sumus ī christo iesu: ī morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enī sum⁹ cum illo p baptismum ī mortē: vt quomodo surrexit xps a mortuis per gloriā patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ābulem⁹. Si enī cōplātati facti sum⁹ similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc sciētes qȝ vetus homo nr̄ simul crucifix⁹ est vt destruatur corpus peccati: vt vltra iam nō seruiamus peccato. Qui enī mortuus est: iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cū christo: credimus quia simul etiā viuemus cum christo. Scientes qđ christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors

illi vltra non dñabitur. Quod enim mortuus est peccato: mortu⁹ est semel. Qd aũt viuit: viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidẽ esse pctõ: viuentes autẽ deo. In xpo iesu: dño nr̃o. Gradale. Conuertere dñe aliquãtulũ et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis a generatiõe ⁊ pgenie. Allã. ℣. In te dñe speraui nõ ɔfundar ieternũ i iusticia tua libera me ⁊ eripe me: iclia ad me aurẽ tuã accelera vt eripias me. S. mattheũ. v.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quia nisi abundauerit iusticia vestra plusq̃ scribarum et phariseorũ. nõ intrabitis in regnũ celorũ. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Qui aũt occiderit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: quia omnis q̃ irascitur fratri suo: re⁹ erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo racha: reus erit consilio. Qui autẽ dixerit fatue: reus erit gehẽne ignis Si ergo offers munus tuũ ad altare: et ibi recordatus fueris qꝛ frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare/ ⁊ vade prius recõsiliari fratri tuo. Et tunc veniẽs: offeres munus tuum. Offr. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

Propiciare domine supplicationib⁹ nostris: ⁊ has oblationes famulorũ famularũq; tuarum benign⁹ assume/ vt quod singuli obtulerũt ad honorẽ nominis tui: cũctis pficiat ad salutẽ. Per do. Communio. Circuibo ⁊ immolabo in tabernaculum eius hostiã iubilationis cantabo et psalmũ dicã dño. Postcõio.

Quos celesti dominẽ dono satiasti presta quesumus: vt a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur isidiis. Per do.

¶ Feria. iiii. Ad hebreos. xiii.

Fratres. Habemus gratiã per quam seruiamus placẽtes deo: cum metu et reuerentia. Et enim deus noster ignis cõsumens est Caritas fraternitatis maneat i vobis: et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerũt qdã: angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanq̃ simul vincti: et laborantiũ tanq̃ ⁊ ipsi in corpore morantes. Honorabile connubiũ in oĩbus: et thorus imaculatus. Fornicãtes enim ⁊ adulteros: iudicabit de⁹. Sint mores sine auaricia: contenti presentibus. Ipse eni dixit. Non te deserã: neq; derelinquã: ita vt confidẽter dicamus. Dñs michi adiutor est: non timebo qd faciat michi homo. Memẽtote prepositorum vestrorum q̃ vobis locuti sunt verbũ dei: quorum intuẽtes exitũ cõuersationis imitamini fidẽ. Jes⁹ xps heri ⁊ hodie: ipse et in secula. S. marcum. x.

In illo tẽpore. Cum egress⁹ esset iesus in via: procurrens quidã genuflexo ante eum: interrogabat eũ dicẽs. Magister bone: qd faciã vt vitã eternã percipiam? Jesus autẽ dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus de⁹. Precepta nosti. Ille dixit Que? Nõ occides/ ne adulteres/ ne fureris/ nõ falsum testimoniũ dixeris: ne fraudẽ feceris. Honora patrẽ tuũ et matrẽ tuã. At ille respõdẽs ait. Magister. Hec oĩa custodiui a iuuẽtute mea. Jes⁹ autẽ ituitus eũ: dilexit eũ et dixit ei. Unũ tibi deest. Uade q̃cũq; habes vẽde ⁊ da pauperib⁹: ⁊ habebis thesaurũ i celo. Et veni: sequere me. ¶ Feria. vi. Ad romanos. vi.

Fratres: Non regnet peccatum in vestro mortali cor-

poꝛe: vt obediatis ꝯcupiscentiis ei⁹. Sed neq₃ exhibeatis mēbꝛa vestra arma iniquitatis pctō: sed exhibete vos tāq̄ ex moꝛtuis viuētes/ et mēbꝛa vr̄a arma iusticie deo: pctm̄ enī vobis nō dn̄abit. Nō enī estis sub lege: sed sub gr̄a. ℂ S. marcum. v.

In illo tp̄e. Uenit iesus in regionē gerasenoꝝ: et exeūti de naui stati occurrit ei de monumentis homo in sp̄ū imūdo: q̄ domiciliū habebat i monumētis: ⁊ neq₃ cathenis quisq̄ eū poterat ligare: qm̄ sepe cōpedib⁹ victus ⁊ cathenis: dirupisset cathenas/ et cōpedes cōminuisset: ⁊ nemo poterat eū domare. Et semꝑ nocte ac die in monumentis: et i mōtibus erat clamās et cōcidens se lapidib⁹. Uidēs autē iesum alōge occurrit ⁊ adoꝛauit eū: et clamans voce magna dixit. Quid michi et tibi iesu: fili dei sūmi: Adiuro te per deū viuū: ne me toꝛq̄as. Dicebat enī illi ies⁹. Exi sp̄ūs imūde: ab hoie. Et interrogauit eū. Qd̄ tibi nomen est: Qui respōdens: dixit. Legio michi nomē est: q꞉ multi sum⁹. Et dep̄cabant eū multū: ne se expelleret extra regionē. Erat aūt ibi circa montē grex poꝛcoꝝ magnus pascēs: ⁊ dep̄cabātur eū sp̄ūs dicētes. Mitte nos i poꝛcos: vt i eos itroeamus. Et ꝑmisit eos stati ies⁹. Et exeuntes sp̄ūs imūdi: itroierūt in poꝛcos ⁊ magno ipetu grex p̄cipitatus est i mari ad duo milia: et suffocati sunt i mari. Qui autē pascebāt eos fugerūt: et nūciauerūt in ciuitatē et in agros. Et egresse sūt turbe videre qd̄ esset factū: ⁊ veniūt ad iesū. Et vidēt illū q̄ a demonio vexabat sedentē vestitū et sane mētis: ⁊ timuerunt valde. Et nūciauerūt illi q̄ viderant qualiter factū esset ei q̄ demonium habuerat: et de poꝛcis. Et rogare eū ceperūt: vt discederet a finibus eoꝝ. Cūq₃ ascēderet naui: cepit illū dep̄cari q̄ a demonio vexat⁹ fuerat: vt esset cū eo. Jesus vo nō permisit ei: sed ait illi. Uade in domum tuā ad tuos: ⁊ annūcia illis. Quanta deus tibi fecerit: et miser⁹ sit tui. Et abiit et cepit pꝛedicare i decapoli quanta fecisset sibi iesus: et omnes mirabātur. ℂ Dominica septima post octauas penthecostes. Offi.



Omnes gentes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultationis. ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

Deus virtutū cuius est totū qd̄ est optimū insere pectoꝛibus nostris amoꝛē tui nois: et p̄sta in nobis religionis augmentū: vt que sunt bona nutrias/ ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dn̄m nr̄m. Ad romanos. vi.

Fratres. Humanū dico pꝛopter infirmitatē carnis vestre. Sicut enim exibuistꝫ membꝛa vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exibete membꝛa vestra seruire iusticie in sanctificationē. Cū enim serui essetis peccati: liberi fuistꝫ iusticie. Quē ergo fructum habuistis tunc: i quibus nunc erubescitis: Nam finis illoꝛum: moꝛs est. Nunc vero liberati a peccato/ serui autē facti deo: habetis fructum vestrum in sanctificatiōe: finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati: moꝛs est. Gratia autem dei: vita eterna. In chꝛisto iesu: dn̄o nostro. Gradale. Beata gens cuius est dn̄s deus eoꝛum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ỽ. Uerbo dn̄i celi firmati sunt ⁊ spiritu oꝛis eius omnis virtus eorum. Alleluya. ỽ. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Secundum marcum. viii.

In illo tpe. Cū turba multa esset cum iesu nec haberēt qđ mādūcarēt: ꝯuocatis discipulis suis: ait illis. Misereoꝛ sup turbā / qꝛ ecce iā triduo sustinēt me: nec habēt qđ manducent. Et si dimisero eos ieiunos i domū suā: deficient i via. Quidā eni ex eis: delonge venerūt. Et responderūt ei discipuli sui. Unde istos poterit qs hic saturare panibus i solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt. Septē. Et pcepit turbe discūbere sup terrā. Et accipiens iesus septē panes: grās agens fregit et dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerūt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos bndixit et iussit apponi. Et mādūcauerunt oēs: ꝫ saturati sūt. Et sustulerūt qđ supauerat de fragmētis: septē sportas. Erāt aūt q mādūcauerāt quasi quattuoꝛ milia: et dimisit eos. Offert. Sicut in olocaustū arietū ꝫ taurorū: ꝫ sicut in milibus agnoꝝ pinguium: sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi quia non est confusio cōfidentibus in te domine. Secreta.

Propiciare dn̄e supplicationibus nr̄is: ꝫ has oblatiōes populi tui benign⁹ assume: ꝫ vt nullius sit irritū votū / ꝫ nullius vacua postulatio / pstā: vt qđ fideliter petimus: efficaciter consequamur. Per dn̄m. Cōio Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. Postcommunio.

Repleti dn̄e muneribus tuis tribue q̄s: vt eoꝝ ꝫ mundemur effectu et muniamur auxilio. Per. ¶ Feria .iiii. Ad romanos. viii

Fratres. Nūc nichil dānationis est his q sunt in xp̄o iesu: q nō scđm carnē ābulāt. Lex eni spirit⁹ vite in xp̄o iesu: liberauit me a lege peccati et moꝛtis. Nā qđ impossibile erat legi i quo īfirmabat' p carnem: deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis pcti de pctō dampnauit pctm̄ i carne / vt iustificatio legis ipleretur i nobis q nō scđm carnem ābulam⁹: ſʒ scđm spm̄. Qui ei scđm carnē sunt: q carnis sunt sapiunt. Qui vero secundū spiritū: que sunt spiritus sentiunt. Nam prudētia carnis: moꝛs est. Prudentia autem spiritus: vita et pax. In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o. Scđm matheum .xvi.

In illo tpe. Accesserūt ad iesū pharisei ꝫ saducei tentātes: et rogauerūt eū vt signū de celo ostēderet eis. At ille respōdēs: ait eis. Facto vespe dicitis: serenū erit cras: rubicūdū est eni celū. Et mane: hodie tēpestas rutilat eni triste celū. Faciē ergo celi diiudicare nostis: signa autē tēpoꝝ non potestis scire. Generatio mala ꝫ adultera signū qrit / et signū nō dabit' ei: nisi signū ione prophete. Et relictis illis: abiit. Et cum venissēt discipuli ei⁹ trāsfretū obliti sunt panes accipe. Qui dixit illis. Intuemini ꝫ cauete a fermēto phariseoꝝ et saduceoꝝ. At illi cogitabāt intra se dicētes: qꝛ panes nō accepimus. Sciēs autē iesus: dixit. Quid cogitatꝫ iter vos modice fidei qꝛ panes nō habetis: nōdū itelligitis neqꝫ recordamini qnqꝫ panū / in quinqꝫ milia hoim: et quot cophinos sūpsistis. Neqꝫ septē panū in quattuoꝛ milia hoim: et quot spoꝛtas sumpsistis. Quare nō intelligitis qꝛ nō de pane dixi vobis: cauete a fermento phariseoꝝ et saduceoꝛum? Tunc intellexerunt qꝛ non dixerat cauendum a fermēto panum: sed a doctrina phariseoꝛum et saduceoꝛum.

¶ Feria sexta. Ad romanos. viii.

Fratres. Sapientia carnis: inimica est deo. Legi enim dei nō est subiecta: nec enim potest. Qui aūt i carne sūt: deo placere nō

possũt. Uos autẽ ĩ carne nõ estis ꝫ
in spũ: si tamẽ spũs dei habitat ĩ vo
bis. Si qˢ autẽ spm̃ xp̃i nõ habet:
hic nõ est eiꝰ. Si aũt xp̃s ĩ vobis est
corpus quidẽ mortuũ est ꝓpter pec
catũ: spũs vero viuit ꝓpter iustifi=
cationẽ. Qđ si spiritꝰ eius q̇ suscita
uit iesũ xp̃m a mortuis habitat ĩ vo
bis: q̇ suscitauit iesũ xp̃m a mortuis
viuificabit et mortalia corpora ve=
stra: propter inhabitantem spiritũ
eius ĩ vobis. Scd̃m matheum.xii.

IN illo tp̃e. Abiũt iesꝰ sabbato
per sata: discipuli aũt eiꝰ esu=
riẽtes: ceperũt euellere spicas ⁊ mã=
ducare. Pharisei autẽ videtes: dixe
rũt ei. Ecce discipuli tui faciunt: qđ
nõ licet eis facere sabbatis. At ille di
xit eis. Nõ legistis qđ fecerit dauid
quãdo esuriit ⁊ q̇ cũ eo erãt: quomo
do itrauit ĩ domũ dei ⁊ panes ꝓpo=
sitiõis comedit quos nõ licebat ei e=
dere neq̃ his q̇ cũ eo erãt: nisi solis
sacerdotibꝰ: Aut nõ legistis in lege
qꝛ sabbatis sacerdotes ĩ templo sab
batũ violãt ⁊ sine crimine sũt: Di
co aũt vobis: qꝛ tẽplo maior est hic.
Si autẽ sciretis quid est miam vo=
lo et nõ sacrificiũ: nunq̃ cõdẽnasse=
tis innocentes. ¶ Dñica.viii.post
octauas penthecostes. Officium.



Suscepimus deꝰ miam
tuã ĩ medio tẽpli tui se=
cundũ nomen tuũ deꝰ:
ita ⁊ laus tua ĩ fines ter
re iusticia plena est dextera tua. Ps.
Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ci=
uitate dei nr̃i in mõte sancto eius. Orõ.

DEus cuiꝰ ꝓuidẽtia in sui di
spositiõe nõ fallitur: te sup=
plices exoramꝰ: vt noxia cũcta sub=
moueas: et oĩa nobis ꝓfutura cõce
das. Per dñm. Ad romanos.viii.

FRatres: Debitores sumus
nõ carni: vt scd̃m carnẽ vi=
uamꝰ. Si eñi scd̃m carnẽ vixeritis:
moriemini. Si autem spiritu facta
carnis mortificaueritis: viuetis. Qui
cũq̃ enim spiritu dei agunt: hi filii
sunt dei. Nõ eñi accepistis spm̃ ser=
uitutis iterũ in timore: sed accepistis
spm̃ adoptionis filiorũ ĩ quo clama
mus abba pr̃. Ipse eñi spiritus testi
moniũ reddit spiritui nr̃o: qꝛ sumꝰ
filii dei. Si autẽ filii: et heredes. He
redes q̇dẽ dei: coheredes autem xp̃i.
Grad. Esto michi in deũ protectorẽ et ĩ
domũ refugii vt saluũ me facias. ℣ De
us in te speraui dñe non cõfundar ineter
num. Allã. ℣ Magnus dñs et laudabi=
lis valde: in ciuitate dei nostri in mõte sã
cto eius. Secundum matheum.vii.

IN illo tp̃e. Dixit iesꝰ discipu
lis suis. Attẽdite a falsis pro=
phetis q̇ veniunt ad vos ĩ vestimẽ
tis ouiũ: intrĩsecus autẽ sũt lupi ra=
paces. A fructibus eorũ: cognoscetis
eos. Nũq̇d colligũt de spinis vuas
aut de tribulis ficus: Sic oĩs arbor
bona fructꝰ bonos facit. Mala au
tẽ arbor: fructꝰ malos facit. Nõ po
test arbor bona fructus malos face
re: neq̃ arbor mala fructꝰ bonos fa
cere. Oĩs arbor q̇ nõ facit fructũ bo
num excidet: et ĩ ignẽ mittetur. Igi
tur ex fructibꝰ eorum: cognoscetis
eos. Nõ omnis qui dicit michi dñe
dñe: itrabit in regnum celorũ. Sed
qui facit voluntatem patris mei q̇
in celis est: ipse intrabit in regnũ ce=
lorum. Offer. Populũ humilẽ saluum
facies dñe ⁊ oculos supborũ humiliabis
qm̃ quis deus preter te dñe. Secreta.

DEus q̇ legaliũ differẽtiã ho
stiarũ vniꝰ sacrificii pfectiõe
sanxisti: accipe sacrificiũ a deuotis ti
bi famulis et pari benedictiõe sicut
munera abel sctifica: vt qđ singuli
obtulerũt ad maiestatis tue honorẽ:
cũctis ꝓficiat ad salutẽ. Per. Cõio.
Gustate et videte qm̃ suauis est dñs bea
tus vir qui sperat ĩ eo. Postcõmunio.

Tua nos domine medicinalis operatio et a nostris perversitatibus clementer expediat: et ad ea que sunt recta perducat. Per. Fer. iiii. Ad rom. v.

Fratres. Cum cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius: multomagis reconciliati: salui erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in deo. Per iesum christum: dominum nostrum. Secundum marcum. ix.

In illo tempore. Dixerunt discipuli iohannis ad iesum. Magister vidimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia et prohibuimus eum: quia non sequitur nos. Jesus autem ait illis. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo: et possit cito loqui male de me. Qui enim non est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo quia christi estis: amen dico vobis: non perdet mercedem suam. Et quicunque scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illam. Bonum est tibi debilem intrare ad vitam quam duas manus habentem ire in gehennam: in ignem inextinguibilem: vbi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te: amputa illum. Bonum est tibi claudum introire ad vitam eternam: quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei: quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis vbi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Feria. vi. Ad corinthios. i.

Fratres. Videte vocationem vestram: quia non multi sapientes secundum carnem non multi potentes: non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientia: et infirma mundi elegit deus: vt confundat fortia. Et ignobilia et contemptibilia mundi elegit deus: et ea que non sunt: vt ea que sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in christo iesu: qui factus est sapientia vobis a deo et iusticia et sanctificatio et redemptio: vt quemadmodum scriptum est: qui gloriatur: in domino glorietur. Secundum matheum. xxiii.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: qui clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis introire. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: qui circuitis mare et aridam: vt faciatis vnum proselitum. Et cum factus fuerit: facitis eum filium gehenne duplo quam vos. Ve vobis duces ceci: qui dicitis: quia quicunque iurauerit per templum nichil est. Qui autem iurauerit in auro templi: debet. Stulti et ceci: quid enim maius est aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari nichil est. Quicunque autem iurauerit in dono quod est super illud: debet. Ceci quid enim maius est donum an altare quod sanctificat illud? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo et in omnibus que super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo: iurat in illo: et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei et in eo qui sedet super eum. Ve autem vobis scribe et pharisei ypocrite: qui de

cimatis mentam & anetum et cyminum et reliquistis que grauiora sũt legis: iudicium et misericordiam et fidem. Hec oportuit facere: et illa nõ omittere. ¶ Dominica nona post octabas penthecostes. Officium.



Ecce deus adiuuat me & dñs susceptor est anime mee: auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector me9 domine. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Or.

Largire nobis q̃s dñe semp spiritũ cogitandi que recta sunt propicius & agendi: vt qui sine te esse nõ possumus: scdm te viuere valeam9. Per do. Ad corinthios .i. x.

Fratres. Non simus ꝯcupiscentes malor: sicut & illi cõcupierunt. Neq; ydolatre efficiamini sicut quidã ex ipsis: queãdmodũ scriptũ est. Sedit pp̃ls mãducare et bibere: & surrexerũt ludere. Neq; fornicemur sicut quidã ex ipsis fornicati sũt: & ceciderũt vna die vigintitria milia. Neq; tẽtemus xp̃m sicut qdã eor tentauerũt: & a serpẽtibus perierunt. Neq; murmuraueritis sicut q̃dã eor murmurauerunt: & perierũt ab exterminatore. Hec autẽ oĩa: in figura cõtingebãt illis. Scripta sunt autẽ ad correptionẽ nostrã: i quos fines seculorũ deuenerũt. Itaq; q̃ se existimat stare: videat ne cadat. Tẽtatio vos non apprehẽdat: nisi humana. Fidelis autẽ deus est: qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cũ tentatione etiã prouentũ: vt possitis sustinere. Gradale. Domine dominus noster q̃ admirabile est nomen tuũ i vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. Alleluya. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me. Scdm lucã .xvi.

In illo tp̃e. Dixit ies9 discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã erat diues: q̃ habebat villicũ. Et hic diffamatus est apud illũ: quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illũ: & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationẽ villicationis tue. Iã eni non poteris villicare. Ait aũt villicus intra se. Quid faciam: q2 dñs meus aufert a me villicationẽ? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio q̃d faciã: vt cũ amotus fuero a villicatione recipiãt me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitorib9 dñi sui: dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuã et sede cito: scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantũ debes? Qui ait. Centũ choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Ut cum defeceritis recipiant vos: in eterna tabernacula. Offerto. Justicie dñi recte letificantes corda et dulciora super mel et fauum: nã et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe munera q̃s dñe q̃ tibi de tua largitate deferim9 vt hec sacrosancta mysteria grẽ tue operante virtute: & presẽtis vite nos cõuersatione sanctificent: & ad gaudia sempiterna perducant. Per do. Cõio. Primum querite regnũ dei & oĩa adiicientur vobis dicit dñs. Postcõio.

Sit nobis domine reparatio mẽtis & corporis celeste mysterium: vt cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per dñz.

¶ Feria quarta. Ad romanos. viii

FRatres. Nescitis quoniam cui exhibuistis vos ad obediẽdũ serui estis eius cui obedistis siue peccati in mortẽ: siue obeditiõis ad iusticiã? Gratias autem deo qđ fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eã formam doctrine: i qua traditi estis. Liberati aũt a pctõ: serui facti estis iusticie. In christo iesu: domino nostro. ¶ Secũdũ lucam.

IN illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Qui fidelis est i minimo: ⁊ in maiore fidelis est. Et qui in modico iiqu⁹ est et i maiore iniqu⁹ est. Si ergo i iiquo mammona fideles nõ fuistis: qđ verũ est q̃s credet vobis? Et si i alieno fideles non fuistis: qđ vrm est q̃s dabit vobꝫ? Nemo seru⁹ potest duob⁹ dñis seruire. Aut eni vnũ odiet: ⁊ alterũ diliget: aut vni adherebit et alterũ cõtẽnet. Nõ potestis deo seruire ⁊ mãmone. Audiebant aũt hec oĩa pharisei qui erãt auari: ⁊ deridebãt eũ. Et ait illis. Uos estis q̃ iustificatꝫ vos corã hoĩb⁹: deus aũt nouit corda vestra. Qr qđ hoĩbus altũ est: abominatio est ante deũ. ¶ Fe. vi. Ad corith. i.

FRatres. Non misit me xp̃s baptizare: sed euangelizare. Nõ in sapiẽtia verbi: vt nõ euacuetur crux xp̃i. Uerbũ ei crucis: pereũtib⁹ qdẽ stulticia est: his aũt q̃ salui fiũt: id est vobis virtus dei est. Scriptũ est eni. Perdã sapiẽtiã sapiẽtiũ et prudentiã prudentiũ reprobabo. Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi inquisitor huius seculi. Nõne stultã fecit deus sapientiã huius mũdi? Nam qr in dei sapiẽtia non cognouit mũdus per sapiẽtiã deũ: placuit deo p stulticiã predicationis saluos facere credentes. Qm̃ et iudei signa petunt: ⁊ greci sapientiã querũt. Nos autẽ predicamus xp̃m crucifixũ: iudeis quidẽ scandalũ gentibus autẽ stulticiã. Ipsis aũt vocatꝫ iudeis atq̃ grecis: xp̃i dei virtutẽ ⁊ dei sapiẽtiã. Qr qđ stultũ est dei: sapiẽti⁹ est hoĩb⁹. Et qđ ifirmũ est dei: fortius est hoĩbus. ¶ Secũdum lucam. xi.

IN illo tp̃e. Rogabat iesũ quidam phariseus: vt prãderet cũ illo. Et igress⁹: recubuit. Phariseus aũt cepit intra se reputans dicere: quare nõ baptizat⁹ esset ante prãdiũ. Et ait dñs ad illum. Nũc vos pharisei qđ de foris est calicis ⁊ catini mũdatis: qđ aũt intus est vestrũ plenũ est rapina ⁊ iniq̃tate. Stulti: nõne q̃ fecit qđ de foris est: etiã id qđ deint⁹ est fecit? Uerũtñ qđ superest date elemosinã: et ecce oĩa mũda sũt vobis. Sed ve vobis pharisei q̃ decimatis mentã ⁊ rutã ⁊ oẽ olus: ⁊ pteritis iudiciũ ⁊ caritatẽ dei. Hec aũt oportuit facere: ⁊ illa non omittere. Ue vobis pharisei qui diligitis primas cathedras in synagogis: ⁊ salutationes in foro. Ue vobis q̃ estis vt monumẽta que nõ parent: ⁊ homines ambulantes supra nesciunt. Respõdẽs aũt q̃dã ex legisperitꝫ ait illi. Magister hec dicens: etiã nobis cõtumeliam facis. At ille ait. Et vobis legisperitis qui oneratis homines oneribus q̃ portari non possũt: ⁊ ipsi vno digito vr̃o non tãgitis sarcinas. ¶ Dñica. x. Officium.

DUm clamarẽ ad dñm: exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi: ⁊ humiliauit eos qui est ante secula et manet ieternũ: iacta cogitatum tuum in dño ⁊ ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationẽ meam et ne despexeris deprecationẽ meam: itende michi ⁊ exaudi me. Oratio.

PAteãt aures mĩe tue dñe pcib⁹ supplicãtiũ: ⁊ vt petẽtib⁹ desiderata cõcedas: fac eos q̃ tibi sũt placita postulare. Per. Ad corith. xii

FRatres. Scitis qm cu gentes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notu vobis facio: qd nemo i spu dei loques: dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dns ies9: nisi in spu sacto. Diuisioes vero grarum sunt: ide aute sps. Et diuisioes ministrationu sut: ide aut dns. Et diuisioes operationu sut: ide aute deus: q operatur oia i oibus. Unicuiqz aut dat manifestatio spus: ad vtilitate. Alii quide p spm: datur sermo sapietie. Alii sermo scietie: scdm eude spm. Alteri fides: in eode spu. Alii gra sanitatu in vno spu. Alii opatio virtutu: alii prophetie alii discretio spirituu. Alii genera linguar: alii iterpretatio sermonu. Hec aut oia operatur vn9 atqz ide sps. Diuides singulis: put vult. Grad. Custodi me dne vt pupillam oculi: sub vmbra alar tuar ptege me. De vultu tuo iudiciu meu prodeat: oculi tui videant equitates. Alla. V. Te decet hymn9 deus i syon z tibi reddet votu in hierusalem. ¶ Secundum luca. xix.

IN illo tpe. Cu appropinquasset ies9 hierusale: vides ciuitate fleuit super illam dicens. Qr si cognouisses et tu. Et quide in hac die tua que ad pace tibi: nuc aute absco dita sunt ab oculis tuis. Qr veniet dies in te et circundabunt te inimici tui vallo z circudabut te z coangustabunt te vndiqz: z ad terra psternet te z filios tuos qui i te sut. Et no relinquet i te lapide super lapide: eo qd non cognoueris tps visitatiois tue. Et ingressus i tepliu cepit eiicere vendentes z ementes i illo: dices illis. Scriptu est. Domus mea domus orationis vocabitur. Uos aute fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie: in templo. Offr. Ad te dne leuaui anima mea de9 me9 i te cofido no erubesca: neqz irrideat me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

COncede nob dne hec qs dne frequetare misteria: qr quoties huius hostie comemoratio celebratur: opus nostre redeptionis exercetur. Per do. Coio. Acceptabis sacrificium iusticie oblatioes z olocausta super altare tuu domine. Postcommunio.

TUi nob dne hec coio sacramenti: et purificatione tribuat z conferat vnitatem. Per dnz.

¶ Feria. iiii. Ad corinthios. i. xv.

FRatres. Non ois caro eade caro: sz alia hoim alia pecoru alia volucru alia aut pisciu: z corpora celestia z corpa terrestria. Sed alia qde celestiu gl'ia: alia aut terrestriu. Alia claritas solis: alia claritas lune alia claritas stellaru. Stella eni a stella differt i claritate. Sic z resurrectio mortuor. Seminatur i corruptioe: surget i icorruptioe. Seminat i ignobilitate/ surget i gloria Seminat i ifirmitate surget i virtute. Seminat corp9 aiale/ surget corp9 spuale. Si est corp9 aiale/ est z spirituale. Sicut scriptu est. Factus est prim9 ada in aiam viuente: nouissimus ada in spm viuificante. Et no prius qd spuale est: sed qd aiale: deinde qd spuale. ¶ Scdm luca. xxi.

IN illo tpe. Respondes ies9 dixit discipulis suis. Cu videritis circundari ab exercitu hierusale: tuc scitote qr appropinquabit desolatio ei9. Tuc q in iudea sunt fugiant i montes: z q in medio ei9 discedant: et qui in regionib9 no intrent in eam: quia dies vltionis hi sut: vt impleatur oia que scripta sunt. Ue aute pregnatib9 z nutrientibus illis dieb9. Erit eni pressura magna super terram: z ira populo huic. Et cadent in ore gladii z captiui ducentur in oes getes z hierusale calcabi-

tur a gentib⁹: donec impleant tpa nationū. Et erunt signa in sole & luna et stellis: & in terris pressura gētium pre confusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hoīb⁹ pre timore et expectatione: q̄ superueniēt vniuerso orbi. ¶ Feria. vi. Ad romanū.

Fratres. Spe salui facti sumus. Spes aūt q̄ videt: nō est spes. Nā qd̄ videt quis quid sperat? Si autē quod nō videmus speramus: per patientiā expectam⁹ Similiter aūt & spūs adiuuat īfirmitatem nostrā. Nā quid oremus sicut oportet nescim⁹ sed ipse spūs p nobis postulat gemitibus inenarrabilibus. Qui aūt scrutatur corda: scit quid desideret spūs: qr secundū deū postulat: pro sctīs. Scđm lucā. xxi.

In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Attēdite vobisne forte grauentur corda vrā ī crapula et ebrietate & curis hui⁹ vite: & superueniat ī vos repētina dies illa. Tanq̄ laqueus enī superueniet in oēs qui sedent super faciē oīs terre. Vigilate itaq̄ oī tpe orantes: vt digni habeamini fugere ista oīa que futura sūt et stare ante filiū hoīs. Erat autem diebus docens ī tēplo: noctib⁹ vero exiens morabat in monte qui vocatur oliueti. Et oīs populus manicabat ad eum: in templo audire eum.

¶ Dñica. xi. post oct. pēthec. Offīn

Deus ī loco sctō suo de⁹ q̄ inhabitare facit vnanimes ī domo: ipse dabit virtutē & fortitudinem plebi sue. ℣. Exurgat de⁹ & dissipēt inimici ei⁹ & fugiāt q̄ oderūt eū a facie ei⁹. Or.

Deus qui oīpotētiā tuā parcendo maxime & miserendo manifestas multiplica sup nos gratiam tuā: vt ad tua promissa currētes: celestium bonorū facias esse consortes. Per d. ¶ Ad corīthios. i. xv.

Fratres. Notū vobis facio euangeliū qd̄ predicaui vobis: qd̄ & accepistis ī quo & statis per qd̄ & saluemini. Qua ratiōe predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enī vobis ī primis qd̄ & accepi: qm̄ xps mortu⁹ est pro peccatis nr̄is secūdū scripturas Et qr sepultus est: & qr resurrexit tercia die secūdū scripturas: & qr visus est cephe: & post hec vndecim. Deinde visus est plusq̄ quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsq̄ adhuc quidā aūt dormierunt. Deinde visus est iacobo deinde apostolis oībus. Nouissime aūt oīm tāq̄ abortiuo: vis⁹ est & michi. Ego enī sū minim⁹ apostolorū qui nō sū dign⁹ vocari apostol⁹: qm̄ p secut⁹ sū ecclesiā dei. Gratia aūt dei sum: id quod sum. Et grā ei⁹: in me vacua non fuit. Grad. In deo sperauit cor meū & adiutus sū & refloruit caro mea: et ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣ Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Alleluya. ℣. Attendite populus meus in legem meam. Seq̄.

Stans alonge qui plurima ppetrarat facinora: atq̄ sua reuoluēs secū crimina. Nolebat alta cōtēplari celi. Sed pectus tundēs hec promebat ore lacrimans. Deus propicius esto michi pctōri. Et mea oīa dele pius facinora. Hac voce diuinā promeruit clementiā. Necnō et iustificatus venit in domū suam Cuius nos gratia sequentes exempla. Dicam⁹ deo. Deus benigne nostri miserere laxans debita. Mitis & nos iustifica. ¶ Secūdum lucam.

In illo tpe. Dixit ies⁹ ad quosdā q̄ in se ↄfidebāt tāq̄ iusti & aspernabant ceteros parabolā istā: dicens. Duo hoies ascenderūt in tēplū: vt orarēt vnus phariseus: et alter publican⁹. Phariseus stans: hec

apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores: iniusti adulteri: velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus alonge stans nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propicius esto michi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Et qui se humiliat: exaltabitur. Offertorium. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me domine clamaui ad te et sanasti me. Secreta

Tibi domine sacrificia dicata reddantur que sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadem remedia fieri nostra prestares Per dominum. Communio. Honora dominum de tua substantia et de primitiis frugum tuarum vt impleantur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt. Postcommunio.

Quesumus domine deus noster vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis: tuis non destituas benignus auxiliis. Per dominum.

Feria.iiii. Lectio epistole beati iacobi apostoli.

Charissimi Subditi estote deo resistite diabolo et fugiet a vobis. Appropiate deo: et appropinquabit vobis et mundate manus peccatrices: et purificate corda duplicis animi. Miseri estote et lugete et plorate. Risus vester in luctum conuertatur: et gaudium in merorem. Humiliamini in conspectu domini: et exaltabit vos in tempore tribulationis. Nolite detrahere alterutrum: fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi: et iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis sed iudex. Unus est legislator et iudex: qui potest saluare et perdere. Secundum lucam.xviii.

In illo tempore. Dicebat iesus discipulis suis parabolam hanc quoniam oportet semper orare et non deficere dicens. Judex quidam erat in quadam ciuitate: qui deum non timebat et hominem non reuerebatur. Uidua autem quedam erat in ciuitate illa: et veniebat ad eum dicens. Uindica me de aduersario meo: et nolebat per multum tempus. Post hec autem: dixit intra se. Et si deum non timeo nec hominem reuereor: tamen quia molesta est michi hec vidua: vindicabo illam ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: et patientiam habebit in illis: Dico vobis: quia cito faciet: vindictam illorum.

Feria sexta. Ad romanos sexto.

Fratres. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt christi: Tollens ergo membra christi: faciens membra meretricis: Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici: vnum corpus efficitur. Erunt enim inquit duo in carne vna. Qui autem adheret deo: vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunque fecerit homo: extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum est spiritus sancti qui in vobis est quem habetis a deo et non estis vestri. Empti enim estis precio magno: glorificate et portate deum in corpore vestro. Secundum lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Omni cui multum datum est: multum queretur ab eo. Et cui commodauerunt multum: plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt accendatur: Baptisma autem habeo baptizari: et quomodo coartor vsque dum perficiatur: Putatis quia pacem veni dare in terram: Non dico vobis: sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi: tres in duos: et duo in tres diuidentur. Pater in filium: et filius in patrem suum. Mater in filiam: et fi

lia in matrē. Socrus in nurū suā: et nurus i socrū suā. ¶ Dñica .xii. offīm

Deus i adiutoriū meū intēde dñe ad adiuuādū me festina: cōfūdant et reuereant' inimici mei q̄ q̄rūt aīam meā. p̄. Auertant' retrorsū et erubescant: qui volunt michi mala. Or.

Omnipotēs sempiterne de' q̄ abundantia pietatis tue et merita supplicū excedis et vota: effūde sup nos miam tuā: vt dimittas q̄ cōsciētia metuit: et adiicias qd̄ orō nō presumit. Per do. ¶ Ad corinthios .i.iii.

Fratres. Fiduciā talē habemus per xp̄m ad deum nō quod sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sz sufficiētia nr̄a ex deo est Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamēti: nō littera sz spū Littera eni occidit: spūs aūt viuificat. Qd̄ si ministratio mortis litterꝫ deformata i lapidib' fuit i gl'ia ita vt nō possēt intēdere filii israel i faciē moysi ppter gloriā vultus ei' q̄ euacuat': quomodo non magis ministratio spūs erit in gloria: Nā si ministratio dānationis glīa est: multomagis habūdat ministeriū iusticie: in gloria. Grad. Benedicā dñm in oī tempore semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabit' anima mea: audiant mansueti et letētur. Alleluya. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmū iocūdū cū cythara. ¶ Secundū marcū. vii.

In illo tp̄e. Exiens iesus de finib' tiri venit per sidonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducūt ei surdum et mutum: et deprecabantur eū vt imponat illi manū. Et apprehendens eū de turba seorsū misit digitos suos in auriculas eius: et expuens tetigit linguā eius. Et suspiciens i celum: igemuit: et ait illi. Effeta quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures ei' et solutū est vinculū ligue ei': et loq̄batur recte. Et precepit illis ne cui diceret. Quanto aūt eis precipiebat tāto magis plus p̄dicabāt: et eo āplius āmirabant' dicētes Bene oīa fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui. Offr̄. Precat' est moyses i cōspectu dñi dei sui. Et dixit: p̄catus est moyses i cōspectu dñi dei sui: et dixit quare dñe irasceris in populo tuo: parce ire animi tui: memēto abrahā ysaac et iacob: quib' iurasti dare terrā fluentē lac et mel et placat' factus est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo. Secreta.

Respice q̄s dñe nr̄am ppici' seruitutē vt qd̄ offerimus sit tibi mun' acceptū: sit etiā nr̄e fragilitati subsidiū. p. Cō. De fructu operꝫ tuorꝫ dñe satiabit' t'ra vt educas panē de t'ra et vinū letificet cor hois vt exhilaret faciē i oleo et panis cor hois cōfirmet. p' c.

Sentiam' dñe q̄s tui pceptione sacramēti subsidiū mētis et corpis vt in vtroq3 saluati celestis remedii plenitudine gl'iemur. Per dñm. ¶ Fer. iiii. Ad corinthios .ii.iiii

Fratres. Nō p̄dicam' nosmetipsos: sz dñm nr̄m iesū xp̄m. Nos aūt seruos vr̄os per iesū q̄m de' q̄ dixit de tenebris lumē splēdescere: illuxit i cordib' nr̄is ad illuminationē sciētie claritatꝫ dei i faciē xp̄i iesu. Habem' aūt thesaurū istū i vasis fictilib': vt sublimitas sit virtutis dei et nō ex nobꝫ. In oīb' tribulationē patimur sz nō āgustiamur. Aporiamur sz nō destituimur. Persecutionē patimur sz nō derelinquimur. Deiicimur: sz nō perim' Sēp mortificationē iesu i corpe nr̄o circūferētes vt et vita iesu: i corporib' nostris manifestet'. Scd̄m matheū .ix

In illo tp̄e. Trāseunte iesu secuti sūt eū duo ceci clamātes et dicentes. Miserere nr̄i fili dauid.

Cũ aũt venisset domum: accesserũt ad eũ ceci et dicit eis ies⁹. Creditis qz possũ hoc facere vob3? Dicũt ei. Uti qz dñe. Tũc tetigit oclos eoꝝ dicẽs. Scdm fidẽ vestrã fiet vob3. Et aper ti sũt oculi eoꝝ. Et ꝯminatus est il lis ies⁹ dicẽs: videte ne qs sciat. Illi aũt exeũtes: diffamauerũt eũ i totã terrã illã. Egressis aũt illis: ecce ob tulerũt ei hoiez mutũ demoniũ habẽ tẽ. Et eiecto demonio locut⁹ est mu t⁹: ⁊ admirate sũt turbe dicẽtes. Nũ qz sic apparuit i isrl. Pharisei aũt di cebãt. In pricipe demonioꝝ eiicit de mones. Et circuibat iesus ciuitates oẽs ⁊ castella: docẽs i synagogis eo rũ ⁊ pdicans euãgelium regni ⁊ cu rãs oẽm lãguorem: ⁊ omnẽ ifirmi tatem. ¶ Fer. vi. Ad corithios. xiiii

FRatres. Semp nos q̃ viui mus i mortẽ tradimur ppt iesũ: vt et vita iesu manifestet̃ i car ne nr̃a mortali. Ergo mors i nobis operat̃ vita aũt i vob3. Habẽtes aũt eũdẽ spm̃ fidei: sicut scriptũ est. Cre didi propt qd locut⁹ sũ. Et nos cre dim⁹ propt qd ⁊ loquimur: scientes qm̃ q̃ suscitauit dñm iesũ: et nos cũ iesu suscitabit: ⁊ cõstituet nobiscum Oia eni propter nos: vt gr̃a abun dans per multas gr̃arum actiones abũdet i gl̃a dei: propt qd nõ defici mus. S3 licet is q̃ foris est nr̃ hõ cor rũpatur: tñ is q̃ itus est renouat̃ de die i diẽ. Id ei qd i p̃sẽti est momẽ taneũ ⁊ leue tribulatiõis nr̃e: supra modũ i sublimitate eternũ gl̃e pon dus operatur in nobis nõ cõtẽplãti bus q̃ vident̃ sed q̃ nõ vident̃. Que eni vident̃ tpalia sunt: q̃ autẽ nõ vi dentur eterna sunt. Scd3 matheũ.

IN illo tpe. Cepit iesus expro brare ciuitatibus in qb⁹ facte sũt plurime virtutes ei⁹: qz nõ egis sent penitentiã. Ue tibi corozain: ve tib. bethsaida. Qz si i tyro ⁊ sydone facte essent virtutes q̃ facte sũt in vo bis: olim i cilicio ⁊ cinere penitentiã egissent. Uerũtñ dico vobis: tyro ⁊ sidoni remissius erit in die iudicii q̃ vobis. Et tu capharnaũ nũqd vs qz in celũ exaltaberis? Usqz in infer nũ descẽdes. Qz si in sodomis facte fuissent virtutes q̃ facte sunt i te: for te mansissent vsqz in hunc diẽ. Ue rũtamen dico vobis: qz terre sodo morum remissius erit in die iudicii q̃ tibi. ¶ Dominica. xiii. Officium



REspice dñe i testamẽtũ tuũ: ⁊ aias pauperũ tuo rũ ne derelinquas i finẽ: exurge dñe ⁊ iudica cau sã tuã: ⁊ ne obliuiscaris voces q̃rẽtiũ te. ℣. Ut qd de⁹ repulisti i finẽ: iratus est furor tuus super oues pascue tue. Or.

OMnps sempiterne de⁹ de cui⁹ munere venit vt tibi a fideli b⁹ tuis digne et laudabiliter seruia tur: tribue q̃s nobis: vt ad promis siones tuas sine offẽsione curram⁹. Per dñm nr̃m. ¶ Ad galathas. iii.

FRatres. Abrahe dicte sũt p missiones: ⁊ semini ei⁹. Nõ dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno ⁊ semini tuo qui est xp̃s. Hoc aũt dico testamentũ cõfir matũ a deo q̃ post quadringentos ⁊ triginta ãnos facta est lex: nõ irritũ facit ad euacuãdã promissionẽ. Nã si ex lege hereditas: iã nõ ex promis sione. Abrahe autẽ p repromissionẽ donauit de⁹. Quid igitur lex? Pro pter transgressiões posita est: donec veniret semen cui promiserat ordi nata p angelos: in manu mediato ris. Mediator aũt vni⁹ nõ est: deus aũt vn⁹ est. Lex ergo aduersus pro missa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura oia sub peccato: vt promissio ex fide iesu xp̃i: daretur credentib⁹. Grada.

Respice dñe in testamētū tuū ꝛ aīas pau
perū tuoꝝ ne obliuiscaris in finē. ℣. Ex-
urge dñe ꝛ iudica causā tuā: memoꝛ esto
oppꝛobꝛii seruoꝛū tuoꝛū. Allā. ℣. Dñe
deus salutis mee in die clamaui et nocte
coꝛam te. Secundum lucā decimo.

In illo tpe. Dixit iesꝰ discipu
lis suis. Bti oculi q̄ vident: q̄
vos videtꝭ. Dico eni vobis: ꝙ mul
ti reges ꝛ pphete voluerūt videre q̄
vos videtꝭ et nō viderūt. Et audire
q̄ vos audistis: et nō audierunt. Et
ecce qdā legisperitꝰ surrexit: tētans
illū et dicēs. Magister: qd faciendo
vitā etnā possidebo? At ille dixit ad
eū. In lege qd scriptū est quomodo
legis? Ille respōdēs: dixit. Diliges
dñm deū tuū ex toto coꝛde tuo: et ex
tota aīa tua: ꝛ ex oībꝰ viribꝰ tuis et
ex oī mēte tua: ꝛ pximū tuū sicut te
ipsū. Dixitq̄ illi. Recte respondisti/
hoc fac ꝛ viues. Ille aūt volēs iusti
ficare seipsū: dixit ad iesum. Et qs
est meꝰ pximꝰ? Suspiciēs aūt iesꝰ:
dixit. Hō quidā descēdebat ab hieru
salē i hiericho ꝛ icidit i latrones. Qui
etiā dispoliauerūt eū ꝛ plagis iposi
tis abierūt: semiuiuo relicto. Accidit
aūt vt sacerdos qdā descenderet ea-
dē via: ꝛ viso illo pteriit. Similit et
leuita cū esset secꝰ locū et videret eū:
ptransiit. Samaritanꝰ autē quidā
iter faciens venit secꝰ eū ꝛ vidēs eū:
mīa motꝰ est. Et appꝛopiās alliga
uit vulnera eiꝰ: ifundēs oleū ꝛ vinū
Et iponēs illū in iumētū suū duxit
in stabulū: et curā eius egit. Et alte
ra die ptulit duos denarios: ꝛ dedit
stabulario/ et ait. Curā illius habe:
et qdcūq̄ supererogaueris: ego cum
rediero reddā tibi. Quis hoꝝ triū
videtur tibi pximus fuisse illi q̄ in-
cidit i latrones? At ille dixit. Qui fe-
cit mīam in illum. Et ait illi iesus.
Uade: ꝛ tu fac similiter. Offer. In te
speraui dñe dixi tu es deus meus in ma-
nibus tuis tempoꝛa mea. Secreta.

Hostias q̄s dñe ppiciꝰ itende:
quas sacris altaribus exhibe
mꝰ vt nobꝭ idulgētiā largiēdo: tuo
noī dēt honoꝛē. p. Cōio. Panē de ce-
lo dedisti nobis dñe habētē oē delectamē
tū et oēm sapoꝛē suauitatis. Postcōio.

Uiuificet nos q̄s dñe huius
participatio sācta misterii:
et pariť nobis expiationē tribuat et
munimē. p. ¶ Fer. iiii. Ad coꝛinthi.

Fratres: Scimꝰ qm̄ si terre
stris domus nr̄a huius ha
bitatiōis dissoluať: qd edificationē
ex deo habemꝰ domū non manufa
ctā eternā i celis. Nā et in hoc inge-
miscimus habitationē nostrā q̄ de
celo est supinduī cupiētes: si tamen
vestiti ꝛ nō nudi īueniamur. Nā et
q̄ sumus i hoc tabernaculo ingemi
scimꝰ grauati qd nolumꝰ expolia-
ri/ sed superuestiri: vt absoꝛbeať qd
moꝛtale est a vita. Qui autē efficit
nos in hoc ipsum: deus q̄ dedit no-
bis pignus spiritus. Audiētes igiť
semp et sciētes: qm̄ dū sumꝰ in coꝛ-
poꝛe peregrinamur a dño: per fidē
enim ambulamus et nō per speciē.
Audemus autē et bonā volūtatem
habemus magis peregrinari a coꝛ-
poꝛe et pꝛesentes esse ad dñm et ideo
cōtēdimꝰ siue absētes siue pꝛesentes
placere illi. Oēs enim nos manife-
stari opoꝛtet āte tribunal chꝛisti: vt
referat vnusq̄sq̄ ppꝛia coꝛpoꝛis sui
pꝛout gessit siue bonū siue malum.
Scientes ergo timoꝛem dñi hoībꝰ
suademus: deo autem manifesti su-
mus. Spero autē et in conscientiis
nostris manifestos nos esse: p. iesū
xp̄m dñm nr̄m. Scdm matheum.

In illo tpe: Abeuntes phari-
sei ꝯsiliū faciebāt aduersꝰ iesū
quomodo eū pderēt. Iesꝰ aūt sciēs
recessit inde: et secuti sunt eū multi/
et curauit eos omnes. Et pcepit eis

ne manifestum eũ facerẽt: vt adim-
pleret qđ dictũ est p ysaiã prophetã
dicẽtẽ. Ecce puer me⁹ quẽ elegi: dile
ctus meus in quo bene ꝯplacuit aie
mee. Ponã spm̃ meũ sup eũ: ⁊ iudi-
ciũ gẽtib⁹ nũciabit. Nõ cõtẽdet ne-
qꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliqs i pla
teis vocẽ ei⁹. Arũdinẽ quassatã nõ
cõfringet: et lignũ fumigãs non ex
tinguet/donec eiiciat ad victoriam
iudiciũ. Et in noie eius: gẽtes spera
bunt. ¶ Feria.iiii. Ad corinthios.

F Ratres Scimus qm̃ lex spi
ritualis est: ego aũt carna-
lis sum: venundatus sub peccato.
Qđ ego operor: nõ itelligo. Nõ eni
qđ volo hoc ago: ſꝫ qđ odi illud fa-
cio. Si aũt qđ volo illud facio: ꝯsen
tio legi qm̃ bona est. Nũc aũt iã nõ
operor illđ: ſꝫ qđ habitat i me pecca
tũ. Scio eni: qꝛ nõ habitat i me: hoc
est i carne mea bonũ. Nã velle adia
cet michi: pficere autẽ bonũ nõ iue-
nio. Nõ eĩ qđ volo bonũ hoc facio:
sed qđ nolo malũ hoc ago. Si autẽ
qđ nolo illud facio: non ego operor
pctm̃. Inuenio igit̃ legẽ volẽti mi-
chi facere bonũ: qm̃ michi malum
adiacet. Cõdelector eni legi dei: secũ
dũ interiorẽ hoiem. Uideo aũt aliã
legẽ in mẽbris meis repugnantẽ le
gi mẽtis mee: et captiuãtẽ me i lege
peccati q̃ est in mẽbris meis. Infe-
lix ego homo Quis me liberabit de
corpore mortis hui⁹: Grã dei: p ie-
sum xp̃m dñm nostrũ. S. lucam.

I N illo tp̃e. Ibat ies⁹ p ciuita-
tes ⁊ castella docens: et iter fa
ciens i hierusalẽ. Ait aũt illi: quidã.
Dñe si pauci sũt q̃ saluant̃: Ipe aũt
dixit ad illos. Cõtẽdite itrare p an-
gustã portam: qꝛ vobis dico multi
q̃rent itrare: ⁊ nõ poterunt. Cũ aũt
intrauerit paterfamilias ⁊ clauserit
ostiũ: incipietis foris stare ⁊ pulsare
ostiũ dicẽtes. Dñe: api nobis. Et re
spondẽs: dicet. Nescio vos: vnde si
tis. Tũc icipietis dicere. Manduca
uimus corã te ⁊ bibim⁹: et in plate-
is nr̃is docuisti. Et dicet vobis. Ne
scio vos: vnde sitis. Discedite a me:
oẽs oparii iniq̃tatis. Ibi erit fletus ⁊
stridor dẽtiũ: cũ videritis abrahã et
ysaac ⁊ iacob ⁊ oẽs pphetas i regno
dei: vos aũt expelli foras. Et veniẽt
ab oriẽte ⁊ occidẽte ⁊ aquilone ⁊ au-
stro: ⁊ recumbẽt i regno dei. Et ecce
sũt nouissimi q̃ erãt primi: ⁊ sũt pri
mi q̃ erãt nouissimi. ¶ Dñica.xiiii.

P Rotector nr̃ aspice de⁹
et respice i faciẽ xp̃i tui:
qꝛ melior est dies vna i
atriis tuis sup milia. p̃
Quã dilecta tabernacula tua dñe ꝯtutũ
ꝯcupiscit ⁊ deficit aia mea i atria dñi. Or

O Mñps sempiterne de⁹ da no-
bis fidei spei ⁊ caritatis aug-
mẽtum: ⁊ vt mereamur asseq̃ quod
promittis: fac nos amare quod pre
cipis. Per dñm. Ad galathas. v.

F Ratres. Spũ ãbulate: et de
sideria carnis nõ pficietis.
Caro eni ꝯcupiscit aduers⁹ spm̃: spi
rit⁹ aũt aduersus carnẽ. Hec eni sibi
inuicẽ aduersant̃: vt nõ q̃cũqꝫ vultꝭ
illa faciatꝭ. Qđ si spũ ducimini: nõ
estis sub lege. Manifesta autẽ sunt
opa carnis: q̃ sunt fornicatio/imun
dicia/ipudicitia/luxuria/idolor̃ ser
uitus/veneficia/inimicitie/cõtentio-
nes/emulationes/ire/rixe/dissẽsio-
nes/secte/inuidie/homicidia/ebrie-
tates/cõmessationes/ ⁊ his similia:
q̃ predico vobis sicut p̃dixi: qm̃ qui
talia agũt: regnũ dei nõ ꝯsequẽtur.
Fruct⁹ aũt spũs est caritas gaudi-
um/pax/patiẽtia/lõganimitas/bo
nitas/benignitas/mansuetudo/fi-
des/modestia/cõtinentia/castitas.
Aduers⁹ huiusmodi: nõ est lex. Qui
autẽ sũt xp̃i carnẽ suã crucifixerũt:
cũ viciis ⁊ cõcupiscẽtiis. Građ Bo

num est confiteri dño: et psallere noi tuo altissime. ℣ Ad annũciãdũ mane miam tuã et veritatẽ tuã p noctẽ. Allã. ℣ Dñe refugium factus es nobis a generatione et progenie. Secundũ lucam. xvii.

In illo tpe. Cũ iret ies⁹ in hierusalẽ: trãsibat p mediam samariã et galileã. Et cũ igrederetur qddã castellũ occurrerũt ei decẽ viri lepꝛosi. Qui steterũt alõge: et leuauerũt vocẽ dicẽtes. Jesu pceptoꝛ miserere nr̃i. Quos vt vidit: dixit. Ite ostẽdite vos sacerdotib⁹. Et factuz est dũ irẽt: mũdati sunt. Un⁹ aũt ex illis vt vidit q2 mũdatus est: regressus est cũ magna voce magnificãs deũ. Et cecidit i faciẽ ante pedes ei⁹: grãs agẽs. Et hic erat samaritan⁹ Respondẽs autẽ ies⁹: dicit. Nonne decẽ mũdati sunt: et nouẽ vbi sunt? Nõ est iuẽt⁹ q̃ rediret et daret gloꝛiã deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge/ vade/ q2 fides tua: te saluũ fecit. Offꝛ. Immittit angel⁹ dñi in circuitu timẽtiũ eũ et eripiet eos gustate et videte qm̃ suauis est dñs. Secreta.

Propiciare dñe populo tuo/ ppiciare munerib⁹: vt hac oblatione placatus indulgentiã nobis tribuas et postulata concedas. Per dñm. Cõio. Panis quẽ ego dedero caro mea est p seculi vita. Postcõio.

Sumptis dñe celestib⁹ sacramẽtis ad redẽptionis eterne q̃s pꝛoficiamus augmentum. Per dñm. ¶ Feria. iiii. Ad coꝛinthios.

Fratres. Nolite iugu ducere cũ ifidelib⁹: sed cum fidelibus. Que eni participatio iusticie cum iiq̃tate: aut q̃ societas lucis ad tenebꝛas? Que autẽ ꝫuentio xp̄i ad belial? Aut q̃ pars fidelis cũ ifideli? Quis autẽ cõsens⁹ tẽplo dei cũ ydolis? Uos eni estis tẽplum dei viui: sicut dicit de⁹. Qm̃ ihabitabo i illis et inambulabo et ero illoꝝ deus et ipsi erũt michi popul⁹: ppt qđ exite de medio eoꝝ: et separamini dicit dñs et imũdũ ne tetigeritꝫ et ego recipiã vos et ero vobis i patrẽ: et vos eritꝫ michi in filios et in filias: dicit dñs oṗs. Has ergo pmissiões habẽtes carissimi: mũdem⁹ nos ab oĩ inq̃namẽto carnis et spũs pficiẽtes sctificationẽ i timoꝛe dei. S. lucam. vi.

In illo tpe: Uenit ad iesum lepꝛos⁹ depcãs eũ: et genu flexo dixit. Si vis: potes me mũdare. Jes⁹ autẽ misert⁹ ei⁹: extẽdit manũ suã et tãgẽs eũ: ait illi. Uolo. Mundare. Et cũ dixisset: stati discessit ab eo lepꝛa: et mũdat⁹ est. Et cõminatus est ei: statiq3 eiecit illũ/ et dixit ei. Uide nemini dixeris/ sed vade: ostẽde te pꝛĩcipibus sacerdotũ et offer p emũdatione tua q̃ pꝛecepit moyses in testimoniũ illis. Et ille egress⁹ cepit pdicare et diffamare sermonem: ita vt iã nõ posset manifeste i ciuitatem introire: sed foris in desertis locis esse. Et conueniebant ad eũ: vndiq3. ¶ Feria sexta. Ad coꝛinthios.

Fratres: An nescitis q2 iniq regnũ dei non possidebũt? Nolite errare/ neq3 foꝛnicarii: neq3 ydolis seruiẽtes/ neq3 adulteri neq3 molles: neq3 masculoꝝ ꝫcubitoꝛes neq3 fures/ neq3 auari/ neq3 ebꝛiosi/ neq3 maledici/ neq3 rapaces/ regnũ dei possidebũt. Et hec q̃dẽ fuistis: sꝫ abluti estis i noĩe dñi nr̃i iesu xp̄i: et i spũ dei nr̃i. Oĩa michi licẽt: sed non oĩa expediunt. Oĩa michi licent: sed ego sub nullius redigar potestate. Esca vẽtri/ et vẽter escis: de⁹ autẽ et hũc et hãc destruet. Coꝛp⁹ autẽ non foꝛnicationi sed dño: et dñs coꝛpoꝛi. De⁹ vo et dñm suscitauit: et nos suscitabit per virtutẽ suã. S. lucam.

In illo tpe. Iter faciebat ies⁹ p ciuitatẽ et castellum pdicãs et euangelizans regnum dei: et duo

decim cũ illo: ⁊ mulieres aliq̃ que erant curate a spiritib⁹ malignis et ĩfirmitatib⁹. Maria q̃ vocat̃ magdalene: de qua demonia septẽ eiecerat. Et iohãna vxoꝛ chuse ꝓcuratoris herodis: ⁊ susãna et alie multe q̃ ministrabãt ei: de facultatib⁹ suis.

¶ Dominica quĩdecima. Officiũ.

Inclina dñe aurẽ tuam et exaudi me: saluũ fac seruũ tuum deus me⁹ sperantẽ in te: miserere michi dñe quoniã ad te clamaui tota die. ℣. Letifica animã serui tui qm̃ ad te dñe animam meam leuaui. Oratio.

Custodi dñe q̃s ecclesiam tuam ꝓpiciatione perpetua: et quia sine te labitur humana moꝛtalitas tuis semper auxiliis: et abstrahatur a noxiis: et ad salutaria dirigatur. Per dñm. Ad galathas. vi.

Fratres: Si spiritu viuim⁹ spiritu et ãbulem⁹. Non efficiamur ĩanis gloꝛie cupidi: inuicẽ ꝓuocãtes inuicẽ inuidẽtes. Fratres et si ꝓoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto: vos q̃ spũales estis instruite huiusmodi ĩ spiritu lenitatis: cõsiderãs teipsũ/ ne et tu tẽteris Alter alteri⁹ onera poꝛtate: ⁊ sic adimplebit; legẽ xp̃i. Nã si q̃s existimat se aliq̃d esse cũ nichil sit: ip̃e se seducit. Opus autẽ suũ ꝓbet vnusq̃sq; et sic ĩ semetipso tantũ gloꝛiã habebit et nõ in altero. Unusq̃sq; enim: onus suũ poꝛtabit. Cõmunicet aũt is q̃ cathezizat̃ verbo ei qui se cathezizat: in oib⁹ bonis. Nolite errare: de⁹ non irridet̃. Que enĩ seminauerit homo: hec ⁊ metet. Qm̃ q̃ seminat ĩ carne sua: de carne et metet coꝛruptionẽ. Qui autẽ seminat ĩ spiritu: de spũ metet vitã eternã. Bonũ autẽ faciẽtes nõ deficiamus: tẽpoꝛe enĩ suo metem⁹ non deficientes. Ergo dũ tẽpus habemus: operemur bonũ ad oẽs. Maxime autẽ: ad do[mesticos] mesticos fidei. Grad. Bonum est co[n]fidere ĩ dño q̃ ↄfidere in hoie. ℣. Bo[num] est spare ĩ dño q̃ spare in pꝛĩcipib⁹. Al[leluia]. ℣. Uenite exultemus dño iubilem⁹ de[o] salutari nostro. Scđm matheũ. vi.

In illo tp̃e. Dixit ies⁹ discipu[lis] lis suis. Nemo potest duob⁹ dñis seruire. Aut enĩ vnũ odio habebit et alterũ diliget: aut vnũ sust[i]nebit et alterũ cõtemnet. Non potestis deo seruire: et mammone. Ideo dico vobis ne solliciti sitis aĩe vestre q̃d mãducetis: neq; coꝛpoꝛi vestro q̃d ĩduamini. Nõne aĩa plus est q̃ esca: ⁊ coꝛpus plus q̃ vestimentum. Respicite volatilia celi: q̃m̃ non serunt neq; metũt neq; cõgregant in hoꝛrea: et pater vester celestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis. Quis autẽ vestrũ cogitãs potest adiicere ad staturã suã cubitum vnũ. Et de vestimẽto: q̃d solliciti estis. Cõsiderate lilia agri quomodo crescũt: nõ laboꝛãt neq; nent. Dico autẽ vobis q̃m̃ nec salomõ ĩ omni gloꝛia sua: coopertus est sicut vnũ ex istis. Si autẽ fenũ agri q̃d hodie est ⁊ cras ĩ clibanũ mittitur deus sic vestit: quãtomagis vos minime fi[dei]. Nolite ergo solliciti esse dicẽtes q̃d mãducabimus/ aut q̃d bibem⁹: aut quo operiemur. Hec enĩ oĩa gẽtes inq̃rũt. Scit enĩ pr̃ vester: q2 his oibus indigetis. Querite ergo p̃rimũ regnũ dei et iusticiã eius: et hec oĩa: adiicientur vobis. Offer. Expectãs expectaui dñm ⁊ respexit me ⁊ exaudiuit depcationẽ meã et imisit in os meũ cãticũ nouũ hymnũ deo nr̃o. Secreta.

Concede nobis q̃s dñe vt hec hostia salutaris et nostroꝛũ fiat purgatio delictoꝛ: et tue ꝓpiciatio maiestatis. Per dñm nostrũ.

Cõmunio. Qui manducat carnẽ meã et bibit sanguinẽ meum in me manet: et

ergo in eo dicit dominus. Postcõmunio

Purificẽt semp & muniãt tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducant saluationis effectum. Per dñm nostrum iesũ xp̃m.

Feria.iiii.quattuor tẽporum. officium.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmũ iocũdũ cũ cythara: canite initiũ mẽsis tuba: quia p̃ceptũ in israel est: et iudiciũ deo iacob. ps. Ego enim sũ dñs deus tuus q̃ eduxi te de terra egypti: dilata os tuũ & iplebo illud. Or. sine Dñs vobiscũ. sed cum Oremus. Oratio.

Misericordie tue remediis q̃sumus dñe fragilitas nr̃a subsistat: vt que sua cõditione atteritur/ tua clementia reparetur. Per dñm. Lectio amos prophete. ix.

Hec dicit dñs. Ecce dies veniunt dicit dñs: et cõprehẽdet aratorem messorẽ: & calcator vue mittẽtem semẽ. Et stillabũt mõtes dulcedinẽ: & oẽs colles culti erũt. Et cõuertã captiuitatẽ populi mei israel: et edificabũt ciuitates desertas & habitabunt i eis. Et plãtabũt vineas et bibent vinũ earũ: et facient ortos et comedent fructũ eorũ. Et plantabo eos sup humũ suã: & non euellã eos vltra de terra sua quã dedi eis. Dicit dñs: ops. Grad. Dñe refugiũ factus es nobis a gñatiõe et pgenie. V. Priusq̃ mõtes fierent aut formaret terra et orbis a sclo et in sclm tu es deus. Grad post vsũ nõ repe. Dñs vobiscũ. Oro

Presta q̃s dñe familie tue supplicanti: vt dũ a cibis corporalibus se abstinet: a vitiis mẽte ieiunet. p. Lectio esdre prophete. viii.

In diebus illis. Congregatus est oĩs populus quasi vir vnus ad plateã q̃ est ante portã aquarum: et dixerũt esdre scribe vt afferret librũ legis moysi quẽ p̃cepat dñs israeli. Attulit autẽ esdras sacerdos legem corã multitudine virorum & mulierũ: cũctis q̃ poterãt intelligere in die prima mẽsis septimi: & legit in ea aperte i platea q̃ erat ãte portã aquarum: a mane vsq; ad mediã diẽ/ in cõspectu virorum et mulierum sapientiũ et aures oĩs populi/ erãt erecte ad librũ. Stetit autẽ esdras scriba sup gradũ ligneũ: quem fecerat ad loquẽdũ. Et steterũt iuxta eũ. Et apuit esdras librũ corã oĩ populo: & bñdixit esdras dño deo magno. Et respondit oĩs populus: amen. Eleuans autem oĩs populus manus suas icuruati sunt: et adorauerũt pni in terrã. Porro leuite silentiũ faciebãt i ppl'o: ad audiendã legẽ. Populus aũt stabat i gradu suo: & legerũt i libro legis dei distincte et apte ad intelligendũ: & intellexerunt cum legeret. Dixit autem neemias & esdras sacerdos & scriba/ et leuite: iterp̃tantes vniuerso populo. Dies sãctificatus est dño deo nr̃o: nolite lugere/ nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pinguia/ et bibite mulsũ: & mittite partes eis q̃ nõ preparauerũt sibi: quia sanctus dies dñi est/ et nolite cõtristari. Gaudiũ eñi dñi: est fortitudo vestra. Offerto. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo & i terra. V. Suscitans a terra inopẽ: et de stercore erigens pauperem. Gradale post vsum repetatur. Scdm marcum. ix.

In illo tp̃e. Respõdẽs vnus de turba: dixit ad iesum. Magister attuli filiũ meũ ad te: habẽtem spiritũ mutũ. Qui vbicũq; eũ apprehenderit allidit eũ: et spumat et stridet dẽtibus: et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eiicerent illũ: & non potuerunt. Qui respõdẽs: ait. O gñatio incredula quãdiu apud vos ero q̃diu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerũt eũ. Et cũ vidisset

illum: statim spiritus conturbauit eum. Et elisus in terra: volutabat spumans. Et interrogauit patrem eius. Quātū temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille: ait. Ab infantia. Et frequēter eum in ignē & in aquas misit: vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos: misertus nostri. Jesus aūt: ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamās pater pueri: cum lachrymis aiebat. Credo dñe: adiuua icredulitatē meā. Et cum videret iesus cōcurrentē turbā: cōminatus est spiritui immundo dicēs illi. Surde & mute spiritus: ego tibi precipio exi ab eo et āplius ne introeas in eum. Et clamās & multū discerpens eū: exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerēt qr mortu9 est. Jesus autem tenēs manum eius eleuauit eum: et surrexit. Et cum itroisset domum: discipuli eius secreto interrogabāt eū. Quare nos non potuimus: eiicere eum? Et dixit illis. Hoc genus i nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Offerto. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hec hostia domine quesum9 emundet nostra delicta: et sacrificium celebrādum subditorum tibi corpora / mentesqꝫ sanctificet. Per dñm nostrū iesum xp̄m. Cōio Comedite pinguia et bibite mulsum: et mittite partes eis qui non preparauerūt sibi: sanctus enim dies domini est nolite contristari: gaudium etenim domini est fortitudo vestra. Postcommunio.

Sumentes dñe dona celestia suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerimus: dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dñm nostrum iesū. Feria sexta. iiii. tempor. Offiū.



Letetur cor querētium dñm querite dñm & cōfirmamini: querite faciem eius semp. Ps. Cōfitemini dño et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Orō

Presta q̄s oṗs de9: vt obseruationes sacras annua deuotione recolētes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dñm nostrū iesū xp̄m Lectio osee pphete. xiiii.

Hec dicit dñs. Conuertere israel ad dñm deū tuum: qm̄ corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscū v̄ba & cōuertimini ad dñm: et dicite ei. Om̄ aufer iniq̄tatē et accipe bonū: & reddem9 vitulos labiorū nr̄or. Assur nō saluabit nos: super equū nō ascēdem9 neqꝫ dicem9 vltra dii nr̄i opa manuū nr̄arū: qr ei9 q̄ i te est misereberis populi. Sanabo cōtritiōes eor: diligā eos spōtanee: qr auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: israel germinabit quasi liliū. Erūpet radix ei9 vt libani ibunt rami eius. Et erit quasi oliua gloria ei9: et odor eius vt libani. Cōuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico / & germinabunt quasi vinea. Memoriale eius: sicut vinum libani. Ego exaudiā et dirigam eum: ego vt abietē virentē: ex me fructus eius inuētus est. Quis sapiēs et itelliget ista: et itelligēs sciet hec? Quia recte vie dñi: & iusti ambulabunt in eis. Gradal. Cōuertere dñe aliquantulum et deprecare super seruos tuos. V̄. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie. Sequētia

In illo tēpore. Rogabat iesū quidā phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domū pharisei. discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit qr accubuisset in domum pharisei: attulit alabastrum vnguenti et

stans retro circa pedes ei⁹ lacrimis cepit rigare pedes ei⁹: et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes ei⁹/ et vnguēto vngebat. Vidēs autē phariseus q̄ vocauerat eū: ait intra se dicēs. Hic si esset ꝓpheta: sciret vtiq̄ q̄ et qualis est mulier q̄ tangit eū/ q2 peccatrix est. Et respōdēs ies⁹ dixit ad illū. Symō: habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magister dic. Et respōdēs ies⁹: ait. duo debitores erāt cuidā feneratori/ vn⁹ debebat denarios q̄ngētos: et ali⁹ quinquaginta. Nō habentib⁹ illis vnde redderent: donauit vtrisq̄. Quis ergo eū plus diligit? Et respōdēs symō: dixit. Estimo q2 is: cui pl⁹ donauit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni. Vides hāc mulierē: itraui in domū tuā aquā pedibus meis nō dedisti. Hec autē lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculū michi nō dedisti: hec aūt/ ex quo itraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxisti: hec autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter qd̄ dico tibi: remittuntur ei peccata multa/ qm̄ dilexit multū. Cui autē minus dimittitur: minus diligit Dixit autē: ad illā iesus. Remittuntur tibi: pctā multa. Et ceperūt qui dem qui simul discumbebāt: dicere intra se. Quis est hic: qui etiā peccata dimittit? Dixit autē: ad mulierē. Fides tua te saluā fecit: vade in pace. Offr. Benedic anima mea dn̄o et noli obliuisci oēs retributiones ei⁹ et renouabitur sicut aq̄le iuuētus tua. Secreta.

Accepta sint tibi dn̄e q̄s nr̄i dona ieiunii: q̄ et expiando nos tua gratia dignos efficiāt et ad sēpiterna ꝓmissa perducāt. Per d. Cōio. Aufer a me opprobriū et cōtēptū q2 mādata tua exquisiui dn̄e: nā et testimonia tua meditatio mea est. Postcōio.

Quesum⁹ oῡs deus vt de pceptis munerib⁹ tibi grās exhibētes: bn̄ficia potiora sumamus. Per dn̄m. Sabbato. Officium.



Venite adorem⁹ deū/ et procidamus āte dn̄m ploremus āte eum qui fecit nos: q2 ipse est dn̄s deus noster. ps. Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nr̄o. Oēs orationes sequētes dicēde sunt sine Dn̄s vobiscū: excep. orōne Deus q̄ trib⁹ pue. ꝓmisso tn̄. Oremus Orō

Omnipotens sempiterne de⁹ qui per continentiā salutarem et corporibus mederis et mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus vt pia ieiunantiū deprecatione placatus: et presētia nobis subsidia prebeas et futura. Per dn̄m nostrū iesum xp̄m. Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutus est dn̄s ad moysem: dicēs. Decima die mēsis huius septimi dies expiationū erit celeberrim⁹: et vocabitur sanct⁹. Affligetisq̄ aīas vr̄as in eo: et offeretis olocaustū dn̄o. Omne opus nō facietis in t̄pe diei huius: q2 dies ꝓpiciationis est vt propicietur vobis dn̄s deus vester. Omnis aīa que nō fuerit afflicta die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quippiā fecerit: delebo eā de populo suo. Nichil ergo operis facietis ī eo legitimum sempiternū erit vobis ī cūctis generationibus/ et habitationib⁹ vestris. Sabbatū requietionis est: affligetis aīas vestras. Die nono mēsis a vespa/ vsq̄ ad vesperū: celebrabitis sabbata vestra. Dicit dn̄s: omnipotens. Grad. Propicius esto dn̄e peccatis nostris nequando dicāt gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorē nois tui dn̄e libera nos. Nullū grad. repetatur post ℣sum. Orō.

Da nobis q̃s omnipotens deus: vt ieiunando tua gratia satiemur/ et abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dñm nostrũ. ¶ Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis: Locutus est dñs ad moysẽ: dicẽs. Quito decimo die mẽsis septimi qñ cõgregaueritis oẽs fructus terre vr̃e: celebrabitis ferias dñi septem dieb⁹: die primo et die octauo erit sabbatũ id est reqes. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcerrime spatulasq; palmarũ: et ramos ligni densarũ frondiũ et salices de torrente: et letabimini corã dño deo vr̃o. Celebrabitisq; solẽnitatẽ ei⁹ septẽ dieb⁹ per annũ: legitimũ sẽpiternũ erit in gñationibus vr̃is. Mense septimo festa celebrabitis: et habitabitis i vmbraculis septẽ diebus. Omnis qui de genere est israel manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri q̃d in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cũ educerem eos de terra egipti. Ego dñs: de⁹ vester. Grad. Protector noster aspice de⁹ et respice super seruos tuos. V̄s⁹. Dñe deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorum. Oratio.

Tuere q̃s dñe familiam tuã vt salutis eterne remedia q̃ te aspirante requirimus: te largiente consequamur. Per dñm nostrũ. ¶ Lectio zacharie prophete. viii.

Domine de⁹ nr̃ pasce populum tuũ i virga tua: gregẽ hereditatis tue habitãtes terrã i salute: iuxta dies antiquos. Uidebũt gẽtes et cõfundent: sup omni fortitudine sua. Qm̃ quis deus similis tui: qui aufers iniquitatẽ et transfers peccatũ reliquiarũ hereditatis tue? Nõ immittet vltra furorem suum: quoniã volens misericordiã reuertetur et miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras: et piiciet i profundum maris/ oĩa peccata nostra. Dabis veritatem iacob misericordiam abrahã q̃ iurasti patribus nostris a diebus antiquis: dñe de⁹ nr̃. Grad. Dirigatur oratio mea sicut incẽsum i ɔspectu tuo dñe. V̄. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Oratio.

Presta quesum⁹ dñe sic nos ab epulis abstinere carnalibus: vt a vitiis quoq; irruentibus pariter ieiunemus. Per dñm nr̃m. ¶ Lectio zacharie prophete. viii.

In diebus illis. Factũ est verbũ dñi: ad me dicẽs. Hec dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos cũ ad iracundiam me prouocassent patres vr̃i: et nõ sum misert⁹: sic cõuersus cogitaui dieb⁹ istis vt bñfaciã hierl̃m et domui iuda. Nolite timere: hec sunt eni verba q̃ facietis. Loq̃mini veritatem vnusq̃sq; cũ proximo suo: veritatẽ et iudiciũ pacis iudicate i portis vr̃is. Et vnusq̃sq; malũ ɔtra amicũ suũ ne cogitet i cordib⁹ vr̃is: et iuramẽtum mẽdax ne diligatis. oĩa eni hec sunt q̃ odi dicit dñs. Et factum est verbũ dñi exercituũ: ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituũ. Ieiuniũ quarti et ieiuniũ q̃nti: ieiuniũ septimi et ieiuniũ decimi: erit domui iuda i gaudiũ et leticiã: et i solẽnitates p̄claras. Ueritatẽ tãtũ et pacem diligite: dicit dñs exercituũ. Grad. Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. V̄. Dñe libera animã meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Orõ.

Ut nos dñe tribuis solenne tibi deferre ieiunium: sic nobis quesumus idulgẽtie presta subsidium. Per dñm. Lec. v. Angelus dñi. et cetera vt i vigi. triñ. Tractus.

Omnipotentẽ sẽp adorãt. Et bñdicũt oẽ p euũ. Chor⁹. Omnipotẽtẽ. V̄. Astra polorũ cuncta chorisq; solq; sororq; lumina celi. Di. V̄. Sic quoq; lim

phe q̄q supne: ros pluuieq spūs oīs. Et būdicūt. ℣. Ignis ⁊ est⁹ cauma. geluq frigus et ardor atq pruina. Omni. ℣ s⁹. Air glacieſq noxq dieſq lux tenebreq fulgura nubes. Et benedicūt. ℣ Arida montes germina colles: flumina fontes pōt⁹ ⁊ vnde. Oipotētē. ℣ Oia viua q̄ vehit equor: q̄ vehit ether ſraq nutrit. Et bū. ℣ Cūcta hoim gens iſrael ipe xpico leq ſeruuli q̄q. Oipo. ℣ Scti hūileſq corde benigno treſq puſilli exuperantes. Et bū. ℣ ⁹Rite camini ignei flāmas iuſſa tirāni temnere prōpti. Oipotē. ℣⁹. Sit genitori laus genitoq lauſq beato flamini ſācto. Et benedi. Oipotentē.

Nūc dī. Dūs vobiſcum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas igniū / concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dūm noſtrum. Ad hebreos. ix.

Fratres: Tabernaculū factū eſt primū: in quo erāt cādelabra ⁊ mēſa ⁊ ppoſitio panū qd̄ dicit̄ ſācta. Poſt velamētū aūt ſcdz tabernaculū qd̄ dicit̄ ſācta ſanctor: habēs thuribulū aureū ⁊ archā teſtamēti: circūtectā ex oī parte au ro. In qua erat vrna aurea habēs māna: ⁊ virga aarō q̄ fronduerat / et tabule teſtamēti. Supra q̄ erant cherubī glie obūbrātia ppiciatoriū: de q̄b⁹ modo nō eſt dicēdū p ſingula. His vō ita cpoſitis: in priori qdē tabernaculo ſēp itroibāt ſacerdotes: ſacrificior officia cōſūmantes. In ſcdo vero ſemel i āno ſolus pōtifex nō ſine ſāguie: quē offerebat p ſua et p populi ignorātia. Hoc ſignificāte ſpū ſctō nondū ppalatam eſſe ſanctorū viā adhuc priore tabernaculo habēte ſtatum: q̄ parabola eſt temporis inſtantis. Iuxta quā munera et hoſtie offeruntur q̄ non poſſunt iuxta cōſcientiā perfectū facere ſeruientē ſolūmodo in cibis et potibus / et in variis baptiſmatibus et iuſticiis carnis: vſq ad tēpus correptionis ipoſite: xp̄s autē aſſiſtēs pōtifex futuror bonorū: peramplius et perfectius tabernaculū non manufactum: id eſt non huius creationis / neq per ſanguinem hircorum aut vitulorum: ſed per propriū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta: eterna redēptione inuenta. Tractus.

Laudate dūm oēs gētes: et collaudate eū oēs populi. ℣ Qm̄ cōfirmata eſt ſup nos mia ei⁹: et veritas dūi manet ieternū. Scdm lucam. xiii.

In illo tpe: Dicebat ieſus turbis: ſimilitudinē hāc. Arborem fici habebat quidā plantatā in vinea ſua / et venit q̄rens fructū in illa: et nō inuenit. Dixit autē: ad cultorem vinee. Ecce anni tres ſunt ex quo venio q̄rens fructū in ficulnea hac: et non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiā terram occupat? At ille reſpondens: dixit illi. Dn̄e dimitte illam et hoc anno / vſq dū fodiam circa illam et mittā ſtercora: ſiquidem fecerit fructum. Sin autē in futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eorū ſabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat iclinata nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum vidiſſet ieſus: vocauit eā ad ſe: ⁊ ait illi. Mulier: dimiſſa es ab ifirmitate tua. Et ipoſuit illi manus: et confeſti erecta eſt: et glorificabat deū. Reſpondens autem archiſynagogus / indignās q̄ ſabbato curaſſet ieſus: dicebat turbe. Sex dies ſunt i quib⁹ licet operari. In his ergo venite et curamini: et nō in die ſabbati. Reſpondens autē ad illum ieſus dixit. ypocrita: vnuſquiſq veſtrū ſabbato non ſoluit bouem ſuū aut aſinum a preſepio: et ducit ad aqua

re. Hanc autem filiam abrahe quã alligauit sathanas ecce decẽ et octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati. Et cum hec diceret: erubescebãt oẽs aduersarii eius. Et oĩs populus gaudebat ĩ vniuersis: que gloriose fiebant ab eo. Offerto. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Concede q̃s oṗs de⁹: vt oculis tue maiestatꝫ mun⁹ oblatum: ꝛ gratiã nobis deuotionis obtineat: et effectũ beate perennitatis acquirat. Per dñm. Cõio. Mense septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cum educerem eos de terra egypti: ego dominus deus vester. Postcommunio.

Perficiãt ĩ nobis dñe quesumus tua sacramẽta q̃d continent: vt que nunc specie gerimus rerum veritate capiamus. Per dominum. ¶ Dominica decimasexta post octauas pẽthecostes. Officiũ.



Miserere michi dñe quoniã ad te clamaui tota die: quia tu dñe suauis ac mitis es et copiosus in mĩa oĩbus inuocantibus te. Ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me: qm̃ inops et pauper sum ego. Oratio.

Ecclesiã tuam dñe miseratio cõtinuata mũdet ac muniat et quia sine te non potest salua consistere: tuo semper munere gubernetur. Per dñm. Ad ephesios. tercio.

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis ĩ tribulationib⁹ meis p vobis: q̃ est gloria vr̃a. Huius rei gr̃a flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri iesu xp̃i: ex quo oĩs paternitas in celis ꝛ in terra noĩat vt det vobis scd̃m diuitias glorie sue virtutẽ corroborari per spiritũ ei⁹ ĩ interiorẽ hoĩem habitare xp̃m p fidẽ in cordib⁹ vr̃is. In caritate radicati ꝛ fundati: vt possitis cõprehẽdere cum oĩbus sanctis: q̃ sit latitudo lõgitudo: et sublimitas et p̄fundum. Scire etiã supereminentem scientie caritatem christi: vt ĩpleamini ĩ omnem plenitudinẽ dei. Ei autem qui potens est oĩa facere superabundanter quã petimus aut intelligimus: secundũ virtutẽ que operatur ĩ nobis. Ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu: in oẽs gñationes seculi seculorꝫ amẽ. Grad. Timebunt gẽtes nomen tuũ dñe et oẽs reges terre gloriã tuã. ℣. Quoniã edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. Alleluya. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã et clamor meus ad te veniat. Secundũ lucam. vii.

In illo tẽpore: Ibat iesus ĩ ciuitatẽ que vocatur naym: et ibant cum eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autẽ appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus deferebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ꝛ turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cum vidisset iesus: mĩa motus super eam: dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hi autẽ qui portabant steterunt. Et ait. Adolescẽs: tibi dico surge. Et resedit q̃ erat mortuus/ et cepit loqui: et dedit illũ matri sue. Accepit autẽ oẽs timor: et magnificabant deũ dicentes. Q̃r p̄pheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit: plebem suam. Offert. Domine in auxilium meum respice confundantur et reuerẽtur qui querũt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Tua nos domine sacramenta custodiant: et contra diabolicos tueantur semper incursus. Per dñm. Cõio. Dñe memorabor iusticie tue solius deus docuisti me a iuuẽtute mea: et vsq3 in senectam et seniũ deus ne derelinquas me. Postcõmunio

Mentes nr̃as et corpora possideat q̃sumus dñe doni celestis operatio: vt nõ noster sensus in nobis sed iugiter eius preueniat effectus. Per dñm nostrum iesum.

¶ Feria quarta. Ad colocenses.

Fratres: Gr̃as agim⁹ deo et patri q̃ dignos nos fecit in partẽ sortis sãctor̃ i lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarũ: et trãstulit in regnũ filii dilectionis sue. In quo habem⁹ redẽptionem in remissionem peccatorum: qui est ymago dei inuisibilis primogenitus oĩs creature. Quia in ipso cõdita sunt vniuersa i celo et in terra: visibilia et inuisibilia siue throni/ siue dñationes/ siue pricipatus/ siue potestates. Oĩa p ipsũ et in ipso creata sunt: et ipse est ante oẽs: et oĩa in ipo constant. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principiũ primogenitus ex mortuis: vt sit in oĩbus ipse principatum tenens iesus christus: dñs noster. Secundum matheum

In illo tp̃e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Audistis qꝛ dictũ est antiq̃s: non piurabis. Reddes aũt deo: iuramenta tua. Ego aũt dico vobis nõ iurare oĩno: neqꝫ per celũ qꝛ thronus dei est: neqꝫ per terrã/ qꝛ scabellũ est pedũ eius: neqꝫ p hierosolimã/ qꝛ ciuitas est magni regis. Neqꝫ per caput tuũ iuraueris: quiã nõ potes vnũ capillũ album facere aut nigrũ. Sit autem sermo vester est est: nõ nõ. Qđ aũt his habundãtius est: a malo est. Audistis quia dictũ est: oculũ p oculo/ ⁊ dentem pro dẽte. Ego autẽ dico vobis: nõ resistere malo. Sed si q̃s te percusserit i dexteram maxillam: prebe ei et alteram. Et ei qui vult tecũ iudicio contendere et tunicam tuam tollere: dimitte ei et palliũ. Et quicunqꝫ te angariauerit mille passus: vade cũ illo alia duo. Et qui petit a te: da ei. Et volenti mutuari a te: ne auertaris.

¶ Feria sexta. Ad timotheum.

Carissime: Nichil intulimus in hunc mundum: haud dubiũ est: quia nec auferre quicq̃ possimus. Habẽtes autem alimẽnta et quib⁹ tegamur: his cõtenti simus. Nã q̃ volũt diuites fieri icidunt in tentationẽ ⁊ laqueũ diaboli: et desideria multa iutilia ⁊ nociua q̃ mergunt hoĩes i interitũ et pditionem. Radix eni oĩ̃ malor̃: est cupiditas. Quã quidã appetẽtes errauerũt a fide: et iseruerũt sese doloribus multis. Tu autẽ homo dei hec fuge: sectare vero iusticiã/ pietatẽ/ fidẽ/ caritatẽ/ patientiã/ mansuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei: apphende vitã eternã: in qua vocatus es et confessus bonã cõfessionẽ corã multis fratrib⁹. Precipio tibi corã deo q̃ viuificat oĩa: et xp̃o iesu q̃ testimoniũ reddidit sub põtio pylato: bonã cõfessionẽ: vt serues mãdatũ sine macula irrephẽsibile vsqꝫ ad aduẽtum dñi nr̃i iesu xp̃i quẽ suis tp̃ib⁹ ostendet beat⁹ et solus potens rex regũ et dñs dñantiũ. Qui sol⁹ habet imortalitatẽ et lucẽ habitat iaccessibilẽ: quẽ vidit null⁹ hoĩm/ sed nec videre potest. Cui honor ⁊ imperium: in sempiternũ. Amen. Scd̃m lucam.

In illo tp̃e: Factũ est in vna dier̃ docẽte iesu populũ in tẽplo et euãgelizãte: cõuenerũt principes sacerdotũ ⁊ scribe cũ senioribus et aiũt dicẽtes ad illũ. Dic nobis in qua potestate hec facis: aut q̃s est q̃ dedit tibi hãc potestatẽ? Respõdẽs aũt iesus: dixit ad illos. Interrogabo ⁊ ego vos vnũ sermonẽ: respondete michi. Baptismũ iohannis de celo erat: an ex hoĩb⁹? At illi cogitabant intra se: dicẽtes. Quia si dixerim⁹ de celo: dicet nobꝫ. Quare ergo

non credidistis ei. Et si dixerimus ex hoib⁹: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt eni iohannē pphetam esse. Et responderunt nescire se vnde esset. Et ait illis ies⁹. Neq₃ ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶Dominica.xvii. Officium.



Iustus es dñe ꝛ rectum iudiciū tuū fac cum seruo tuo secundū misericordiā tuā. ℣. Bti immaculati i via: q̄ ābulāt in lege dñi. Oro.

Tua nos dñe q̄s grā et puenīat ꝛ sequat: ac bonis operibus iugiter pstet esse intentos. Per dñm. Ad ephesios.quarto.

Fratres Obsecro vos itaq₃ ego victus i dño: vt digne ābuletis vocatiōe qua vocati estis/ cū oi humilitate et māsuetudine: cū patiētia suppoztātes inuicē in caritate: soliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Unū corp⁹ ꝛ vn⁹ spiritus: sicut vocati estis i vna spe vocatiōis vr̄e. Un⁹ dñs vna fides vnū baptisma: vn⁹ de⁹ ꝛ pater oim qui super oēs et per oia / et in oibus vobis. Qui est benedictus: i secula seculoꝝ amē. Gradale. Unam petii a dño hanc requiram vt inhabitem in domo domini. ℣s⁹. Ut videam voluntatē domini: ꝛ protegar a templo sancto eius Alleluia. ℣. Confitemini dño et inuocate nomen eius annunciate inter gentes opera eius. Secundum lucam.xiiii.

In illo tpe: Cū intraret iesus in domū cuiusdam pzicipis phariseoꝝ sabbato manducare panem: et ipsi obseruabant eū. Et ecce homo quidā ydzopicus: erat āte illū. Et respōdens ies⁹: dixit ad legisperitos ꝛ phariseos. Si licet: sabbato curare. At illi tacuerūt. Ipse vero apphensū sanauit eū: ac dimisit. Et respōdens ad illos: dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteū cadet: et non cōtinuo extrahet illū die sabbati. Et nō poterant ad hec: respondere illi. Dicebat autē et ad inuitatos parabolā: intendēs quomodo pzimos accubitus eligerent/ dicens ad illos. Cū iuitatus fueris ad nuptias: nō discūbas i pzimo loco. Ne fozte honozatioz te sit inuitatus ab eo: et veniēs is q̄ te et illum inuitauit: dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipias cū ruboze: nouissimū locū tenere. Sed cū vocatus fueris: vade/ et recūbe i nouissimo loco: vt cum venerit q̄ te iuitauit dicat tibi. Amice: ascēde supius. Tunc erit tibi gloria: corā simul discumbētib⁹. Q₂ oīs qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabit. Offer. Oraui deum meū ego daniel dicens: exaudi dñe pzeces serui tui illumina faciē tuam super sanctuarium tuum ꝛ ppici⁹ intende populum istum super quē inuocatum est nomen tuū deus. Secreta.

Munda nos dñe sacrificii presentis effectu: et perfice miseratus i nobis vt eius mereamur esse participes. Per do. Cōio. Vouete ꝛ reddite dño deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera terribili et ei qui aufert spiritū pzicipū terribili apud omnes reges terre. Postcommunio.

Purifica dñe oēs mentes nostras benignus ꝛ renoua celestib⁹ sacramētis: vt ₂sequent presens pariter et futurū capiam⁹ auxiliū. Per. ¶Feria.iiii. Ad colocen.

Fratres: Uidete ne q̄s vos decipiat per philosophiā et inanē fallaciā secūdū traditionem hoim/ secundū elemēta mūdi et nō scdm xp̄m: q₂ i ipso habitat oīs plenitudo diuinitatis cozpozaliter ꝛ estis in illo repleti qui est caput omnis pzicipatus et potestatis in quo et circūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliatiōe cutis carnis:

sed in circuncisione xp̄i consepulti ei in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et preputio carnis vr̄e cōuiuificauit cū illo donans vobis oīa delicta. S. lucam.

IN illo tēpore: Dixit iesus turbis iudeorum. Maior inter natos mulierū propheta iohanne: nemo est. Et oīs q̄ minor est in regno celorum: maior est illo. Et oīs popul9 audiens et publicani: iustificauerūt deum baptizati baptismo iohānis: pharisei autem et legisperiti: consilium dei spreuerunt in semetipsos: non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicā hoīes generationis hui9: et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedētibus ī foro: & loquētib9 adinuicē/et dicētib9. Cātauimus vobis tibiis: & nō saltastis. Lamentauimus: et nō plorastis. Uenit enim iohānes baptista / neq̄ manducās panem neq̄ bibens vinū: et dicitis demonium habet. Uenit fili9 hoīs manducans et bibens: & dicitis. Ecce homo deuorator et bibens vinū: amic9 publicanorum & pctōrū. Et iustificata est sapientia ab oībus filiis suis. ¶ Feria sexta. Ad colocenses.

FRatres: Quicūq̄ iiuriam facit: recipiet id quod iique gessit: et non est personarū acceptio apd deū. Dn̄i qd iustū est & equū seruis p̄state: sciētes qd & vos dn̄m habetis in celo. Orationi istate vigilātes ī ea in gratiarum actiōe: orantes simul et p nobis/vt de9 apiat nobis ostiū sermōis ad loquēdū misteriū xp̄i propter qd etiā vinctus sum: vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. In sapientia ābulate ad eos qui foris sunt: tempus redimentes. Sermo vr̄ semp ī grā sale sit cōdit9 vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq̄ respondere. S. matheum.

IN illo tp̄e: Uenit ies9 bethsaida/et adducūt ei cecum: & rogabant eū: vt illū tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eū extra vicū/et expuēs in oculos eius: īpositis manibus suis/interrogauit eū. Si aliquid videret. Et aspiciēs: ait Uideo hoīes: velut arbores ambulantes. Deinde iterum īposuit manus sup oculos ei9: et cepit videre. Et restitutus est ita vt videret clare oīa. Et misit illum ī domum suam: dicens. Uade: in domum tuam. Et si in vicū introieris: nemini dixeris.

¶ Dñica decimaoctaua. Officiū.

DA pacem dn̄e sustinētibus te vt pphete tui fideles inueniātur exaudi preces serui tui et plebis tue israel. ps. Letat9 sum ī his que dicta sūt michi in domū dn̄i ibim9. Or.

DA quesumus domine populo tuo diabolica vitare contagia: et te solū deum pura mente sectari. Per dn̄m. Ad corinthios.

FRatres: Gratias ago deo meo sēp p vobis: ī grā dei q̄ data est vobis ī xp̄o iesu. Qr in oībus diuites facti estis ī illo: ī oī verbo et ī oī sciētia: sicut testimonium xp̄i ɔfirmatū est ī vobis ita vt nihil vobis desit ī vlla grā expectātibus reuelationē dn̄i nr̄i iesu xp̄i q̄ cōfirmabit vos vsq̄ ī finē sine crimine. In die aduent9: dn̄i nr̄i iesu christi. Grad Letat9 sū in his q̄ dicta sunt michi ī domū dn̄i ibim9. V. Fiat pax ī virtute tua & abūdātia ī turrib9 tuis Allā. V. Paratū cor meū de9 paratū cor meū cātabo & psallā tibi ī glia mea. S. math.

IN illo tp̄e. Accesserunt ad iesum saducei: et interrogauit eū vnus ex eis legisdoctor tentans eum. Magister: qd est mādatū magnum ī lege? Ait illi iesus. Diliges

dñm deū tuū ex toto corde tuo/ et ex
tota aīa tua: ⁊ ex tota mēte tua. Hoc
est maximū ⁊ primū mādatū. Se-
cundū autē: simile est huic. Diliges
primū tuū: sicut teipsū. In his du-
obus mādatis: vniuersa lex pendet
et pphete. Cōgregatis autē phari-
seis: interrogauit eos iesus dicens.
Quid vobis videt̄ de xp̄o: cui⁹ fili⁹
est? Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quo
modo ergo dauid ī spiritu vocat eū
dñm dicens. Dixit dñs dño meo/ se
de a dextris meis: donec ponā inimi-
cos tuos/ scabellum pedum tuoꝝ.
Si ergo dauid vocat eū dñm: quo
modo filius eius est? Et nemo po-
terat respondere ei verbū: neq; au-
sus fuit quisq̄ ex illo die: eū ampli-
us interrogare. Offerto. Sanctifica
uit moyses altare dño: offerens sup illud
olocausta: et imolās victimas fecit sacri
ficiū vespertinū in odorem suauitatis dño
deo in cōspectu filioꝝ israel. Secreta.
Maiestatem tuā dñe supplici
citer depcamur: vt hec san-
cta q̄ gerimus et a pteritis nos deli
ctis exuant ⁊ futuris. Per do. Cōio
Tollite hostias ⁊ itroite in atria ei⁹ ado
rate dñm in aula sācta eius. Postcōio.
Sanctificationibus tuis q̄su
mus oīs de⁹: ⁊ vicia nr̄a cu
rētur et remedia nobis eterna pue-
mant. Per. ¶ Fer. iiii. Ad ephesios
Fratres: Non cesso grās a-
gēs p vobis mēoriā vestri
faciens ī orōnibus meis: vt de⁹ dñi
nr̄i iesu xp̄i pat̄ glorie det vob̄ spm̄
sapiētie ⁊ reuelatiōis ī agnitionem
eius: illuminās oculos cordis vr̄i.
Ut sciatis q̄ sit spes vocatiōis eius:
q̄ diuitie glorie hereditatis ei⁹ in sā
ctis: et que sit superueniens magni
tudo virtutis eius in nos qui credi-
mus scd̄m operationē potentie vir
tutis ei⁹ quā operat⁹ est in xp̄o: su-
scitās eū a mortuis et cōstituens ad
dexterā ī celestib⁹. Supra oēm pri-
cipatum/ et potestatē/ et virtutem/
et dn̄ationē/ et omne nomē: qd̄ no-
minatur non solū in hoc seculo: sed
etiam in futuro. Scd̄m matheum.
In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipu
lis suis. Simile est regnū ce-
loꝝ hoī: q̄ seminauit bonū semē in
agro suo. Cū aūt dormirent hoīes:
venit inimic⁹ ei⁹ ⁊ supseminauit ziza
nia in medio tritici: ⁊ abiit. Cū autē
creuisset herba ⁊ fructū fecisset: tunc
apparuerūt zizania. Accedētes aūt
serui prisfamilias: dixerunt ei. Dñe
nōne bonū semē seminasti: in agro
tuo? Unde ergo: habet zizania? Et
ait illis. Inimic⁹ hō: hoc fecit. Ser-
ui autē: dixerūt ei. Uis imus: ⁊ colli
gim⁹ ea. Et ait. Nō. ne forte colligē
tes zizania: eradicet̄ simul cū eis et
triticū. Sinite vtraq; crescere vsq;
ad messē: et in tp̄e messis dicā messo
ribus. Colligite primū zizania et al
ligate ea in fasciculos: ad combu-
rēdum. Triticū autē cōgregate: in
horreum meū. ¶ Feria. vi. Ad corī.
Fratres: Nō in sermone est
regnū dei: sz ī virtute Quid
vultis? In virga veniā ad vos: an
in caritate ⁊ spū māsuetudinis? Om
nino audit̄ fornicatio qualis nec iter
gētes: ita vt vxorē pr̄is sui aliquis
habeat. Et vos īflatiestis ⁊ nō ma
gis luctū habuistis: vt tollat̄ de me
dio vestrū q̄ hoc op⁹ fecit. Ego qdē
absens corpore psens autē spiritu:
iā iudicaui vt p̄sēs eū qui sic opera-
tus est in noīe dñi nostri iesu xp̄i/ cō
gregatis vobis et meo spū: cū vir-
tute dñi iesu tradere huiusmodi sa-
thane in interitum carnis. Ut spiri
ritus salu⁹ sit: in die dñi nostri iesu
christi. Secundum matheum.
In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipu-
lis suis. Simile est regnum
celoꝝ grano sinapis: qd̄ accipiens

homo seminauit in agro suo quod minimũ quidẽ est omnibus semini bus. Cum autẽ creuerit: maius est oĩbus olerib⁹ et fit arbor: ita vt volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Aliã parabolam locutus est eis dicens. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptũ mulier abscondit in farine satis tribus: donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nõ loquebatur eis: vt ĩpleretur quod dictum est per ꝓphetã dicentẽ. Aperiam ĩ parabolis os meum: eructabo abscõdita a constitutione mũdi.

¶ Dominica.xix. Officium.



Salus populi ego sũ dicit dñs de quacũqꝫ tribulatione clamauerit ad me exaudiam eos et ero illorum dñs in perperpetuũ. ps Attẽdite popule meus legẽ meã: iclinate aurem vestram in verba oris mei. Oro

Dirigat corda nr̃a quesum⁹ dñe tue miserationis operatio: q2 tibi sine te placere non possumus. Per dñm. Ad ephesios.iiii.

Fratres: Renouamini spiritu mentis vestre: et induite nouũ hoĩem qui secundũ deũ creatus est in iusticia ⁊ sanctitate veritatis. Propter qð deponentes mendacium loqmini veritatẽ vnusquisqꝫ cũ ꝓximo suo: qm̃ sumus inuicem mẽbra. Irascimini: et nolite peccare. Sol nõ occidat: sup iracundiam vestrã. Nolite: locũ dare diabolo. Qui furabatᷣ: iã nõ furetᷣ. Magis autẽ laboret operãdo manib⁹ suis qð bonũ est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Gradale. Dirigatᷣ oratio mea sicut incẽsũ ĩ conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Allã. ℣. Qui timẽt dñm sperent in eum adiutor et protector eorum est. Secundum matheum.ix.

In illo tp̃e. Ascẽdẽs ies⁹ in nauiculã: transfretauit et venit in ciuitatẽ suã. Et ecce offerebant ei paraliticũ: iacentem in lecto. Et videns fidem illorum: ait paralitico. Confide fili: remittunᷣ tibi peccata tua. Et ecce q̃dã de scribis: dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitationes eoꝝ: dixit. Ut qð cogitatis mala: ĩ cordib⁹ vestris? Quid est facili⁹ dicere remittũtur tibi pc̃tã tua: an dicere surge/ et ãbula? Ut sciatis aũt q2 filius hoĩs habet potestatẽ ĩ t̃ra dimittẽdi pc̃tã tũc ait paralitico. Surge/ tolle lectũ tuum: et vade in domũ tuã. Et surrexit: et abiit in domũ suam. Uidentes autẽ turbe: timuerũt. Et glorificauerunt deũ: q̃ dedit potestatẽ talẽ hoĩbus. Offꝫ. Si ambulauero in medio tribulatiõis viuificabis me dñe: ⁊ sup irã ĩimicoꝝ meoꝝ extẽdisses manũ tuã et saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

Deus q̃ nos per huius sacrificii venerãda commercia: vnius sũmeqꝫ diuinitatis participes efficis: p̃sta q̃s: vt sicut tuam cognouim⁹ ṽitatẽ: sic eã dignis mẽtibus ⁊ morib⁹ assequamur. p. Cõio Tu mandasti mandata tua custodiri nimis vtinã dirigãtur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcõio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati tuam miam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per do. ¶ Feria.iiii. Ad thessaloñ.

Fratres: State ⁊ tenete traditiões quas didicistis siue ꝑ sermonẽ siue ꝑ epistolã nostram. Ipse aũt dñs noster ies⁹ xp̃s de⁹ pater noster q̃ dilexit et dedit consolationẽ eternã / et spem bonã in gratia: cõsoletur corda vestra et confirmet in omni opere et sermõe bono.

De cetero fratres orate p nobis: vt sermo dñi currat et clarificet sicut & apud vos: vt & liberemur ab importunis & malis hoibus. Non eni oim est fides. Fidelis autem est dñs: qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autem de vobis in dño: quoniã que precepimus et facitis/et facietis. Dñs autem dirigat corda vestra in caritate dei: et patiẽtia christi. Secundum matheum.

In illo tpe. Accesserũt ad iesũ discipuli eius: dicẽtes. Edissere nobis parabolã tritici & zizaniorum agri? Qui respõdẽs: ait. Qui seminat bonũ semẽ: est filius hois. Ager autẽ: est mũdus. Bonũ vero semẽ: hi sunt filii regni/zizania autem: filii sunt neq̃. Inimicus autẽ q̃ seminat ea: est diabolꝰ. Messis vero: cõsũmatio seculi est. Messores autẽ: angeli sunt. Sicut ergo colligũtur zizania et igni cõburũtur: sic erit i cõsũmatione seculi. Mittet filius hois angelos suos et colligent de regno eius oia scandala: et eos q̃ faciunt iniquitatẽ/et mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus: et stridor dẽtium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eorũ. Qui habet aures audiendi: audiat.

¶ Feria sexta. Ad romanos.

Fratres: Ois aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ eni potestas: nisi a deo. Que autẽ sunt a deo: ordinata sunt. Itaq̃ q̃ resistit potestati: dei ordinatiõi resistit. Qui autẽ resistunt: ipsi sibi dãnationẽ acquirũt. Nã principes nõ sunt timor boni operis: sed mali. Vis autem: nõ timere potestatẽ? Bonũ fac: et habebis laudẽ ex illa. Dei eni: minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris: time. Non enim sine causa: gladium portat. Dei enim minister est vindex i irã: ei qui male agit. Secũdum lucam.

In illo tẽpore. Interrogatus iesus a discipulis suis de consũmatione seculi: dixit eis. Cũ videritis abominationẽ desolatiõis q̃d dictũ est a daniele ppheta/stantem vbi nõ oportet: qui legit intelligat. Tunc q̃ in iudea sunt fugiant i mõtes: et qui super tectũ est non descendat in domũ: nec introeat vt tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit: nõ reuertatur retro tollere vestimẽtum suum. Ve autẽ pregnantibus: et nutrientibus in illis diebus. Orate ergo: vt hyeme non fiat fuga vestra vel sabbato. Erunt enim in diebus illis tribulationes/tales quales non fuerunt ab initio creature: quam condidit deus vsq̃ nũc neq̃ fiet. Et nisi breuiasset dominꝰ dies: non fuisset salua omnis caro. Sed ppter electos quos elegit: breuiauit dies. Et tũc si quis vobis dixerit ecce hic est xp̃s/aut ecce illic: nõ credatis. Exurgẽt autẽ pseudo christi et pseudo prophete: et dabunt signa magna et prodigia ad seducendos si fieri potest etiã electos. Vos ergo videte: ecce predixi vobis oia.

¶ Dominica vicesima. Officium.

Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi et mãdatis tuis non obediuimꝰ: sed da gloriã noi tuo et fac nobiscũ scdm multitudinẽ mie tue. Ps Magnus dñs et laudabilis nimis i ciuitate dei nr̃i i mõte sctõ eiꝰ. Or

Omñps & misericors deꝰ vniuersa nobis aduersãtia ppiciatus exclude: vt mẽte & corpore pariter expediti q̃ tua sunt liberis mentibꝰ exequamur. Per. Ad ephesios.v.

Fratres: Videte quomodo caute ãbuletis nõ quasi insipientes: sꝫ quasi sapiẽtes. Redimẽtes

tēpus: qm̄ dies mali sunt. Propter ea nolite fieri ip̄rudētes: sȝ itelligentes q̄ sit volūtas dei. Et nolite iebriari vino i quo est luxuria: sȝ impleamini spū scō loquētes vobismetipsis in psalmis et hymnis ⁊ canticis spūalibꝰ cātātes et psallentes in cordibus vr̄is dn̄o. Gratias agētes sēper p̄ oībꝰ: in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i/ deo ⁊ pr̄i. Subiecti inuicē: in timore xp̄i. Grad. Oculi oim̄ in te sperāt dn̄e: et tu das illis escā in tp̄e oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā: et iples oē aial bn̄dictiōe. Allā. ℣. Laudate dn̄m oēs gētes et collaudate eū oēs ppl̄i. S. math. xxij.

In illo tp̄e. Loq̄baṫ iesus cū discipulis suis: in parabolis dicēs. Simile factū est regnū celoꝝ homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebāt venire. Iterū misit alios seruos: dicens. Dicite iuitatis. Ecce p̄diū meum paraui: tauri mei ⁊ altilia occisa sūt et oīa parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerūt et abierūt: alius i villā suā: alius vero ad negociationē suā. Reliq̄ vero tenuerūt seruos eiꝰ: et ꝯtumeliis affectos occiderūt. Rex autē cū audisset iratꝰ est: ⁊ missis exercitibus suis p̄didit homicidas illos: ⁊ ciuitatē illoꝝ succendit. Tūc ait seruis suis. Nuptie q̄dē parate sunt: sed q̄ iuitati erāt: non fuerūt digni. Ite ergo ad exitꝰ viaꝝ: et quoscūq̄ iueneritis/ vocate ad nuptias. Et egressi serui eiꝰ i vias: cōgregauerūt oēs quos iuenerūt malos ⁊ bonos: et iplete sunt nuptie discumbētiū. Intrauit autē rex vt videret discūbentes: ⁊ vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali: et ait illi. Amice quomodo huc itrasti: non habēs vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manibꝰ eius ⁊ pedibꝰ: mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ: et stridor dentiū. Multi eni sunt vocati: pauci vero electi. Offer. Super flumina babilonis illic sedimꝰ ⁊ fleuimꝰ dum recordaremur tui syon. Secreta.

Hec munera q̄s dn̄e que oculis tue maiestatis offerimꝰ/ salutaria esse nobis cōcede. Per dominū. Cōio. Memēto verbi tui seruo tuo dn̄e i quo michi spē dedisti hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōio

Tua nos domine medicinalis operatio ⁊ a nostris peruersitatibꝰ clemēter expediat: ⁊ tuis faciat semp̄ iherere mādatis. Per.

¶ Feria .iiii. Ad thessalonicenses.

Fratres: Denunciamus vobis in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i: vt subtrahatꝭ vos ab oī fratre ābulante inordinate: et non scd̄m traditionem quā acceperūt a nobis. Ipi eni scitis: queādmodū oporteat imitari nos. Qm̄ nō inq̄eti fuimus inter vos: neq̄ gratis panē māducauimus aliq̄ū/ sed i labore et fatigatione nocte ac die operātes: ne quē vestrū grauaremꝰ. Non quasi nō haberemꝰ potestatē: sȝ vt nos ip̄os formā daremus vobis ad imitādum nos. Nā ⁊ cū essemꝰ apud vos: hoc denūciabamus vobis quoniam si quis non vult operari: nec manducet. Audiuimus eni inter vos quosdam ābulantes inquiete nichil operantes: sed curiose agentes. His autē q̄ huiusmodi sunt denūciamus ⁊ obsecramus in dn̄o iesu christo: vt cum silētio operātes suum panem manducent. Uos autē fratres: nolite deficere benefacientes. In christo iesu: domino nostro. Scd̄m lucam

In illo tp̄e: Dicebat iesus cuidā principi phariseoꝝ. Cum facis p̄dium aut cenam: noli vocare amicos tuos neq̄ fratres tuos neq̄ cognatos/ neq̄ vicinos / neq̄

diuites/ne forte et ipsi te reinuitent: et fiat tibi retributio. Sed cũ facis cõuiuiũ: voca paupes/debiles/cecos/ et claudos. Et beatus eris: quia nõ habent vnde retribuãt tibi. Retribuetur autẽ tibi: in resurrectione iustorum. Hec cũ dixisset: quidã de simul discumbẽtibus dixit illi. Beatus qui manducabit panem: in regno dei.

Feria sexta. Ad timotheum.

Karissime. Precipe diuitibus huius seculi nõ sublime sapere: neqȝ sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo q̃ prestat nobis oĩa abũde ad fruendũ. Bñ agere/diuites fieri in opibus bonis: facile retribuere: cõmunicare/thesaurizare sibi fundamentũ bonũ in futurũ: vt apprehẽdant verã vitam. Scd̃m lucam

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Beati eritis cũ oderint vos hoĩes / et cum separauerit vos: et cũ eiecerit et exprobrauerint nomẽ vestrũ tãq̃ malũ: propter filiũ hoĩs. Gaudete i illa die et exultate: ecce eni merces vestra: multa est in celo. Scd̃m hec eñi faciebãt prophetis: patres eorum. Verũtamẽ ve vobis diuitibus: quia habetis ↄsolationem vestrã. Ve vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ve vobis q̃ ridetis nunc: quia lugebitis et flebitis. Ve vobis/cũ bñdixerint vobis oẽs hoĩes: scd̃m hec eñi faciebãt pseudo prophetis patres eorum: sȝ vobis dico q̃ auditis diligite inimicos vr̃os / bñfacite his q̃ vos oderũt / bñfacite maledicẽtibus vos/orate p calũniãtibus vos. Et q̃ te pcutit i maxillã: pbe ei et alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum: etiam tunicam noli prohibere Omni autem petenti te tribue et qui aufert que tua sunt: ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligũt: que vobis est gratia. Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis bñfaciunt: q̃ vobis est gr̃a? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuũ dederitis his a quibus speratis recipere: q̃ gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur: vt recipiant equalia. Verumtamen diligite inimicos vestros: et bñdicite et mutuũ date: nichil inde sperantes. Et erit merces vestra: multa in celis. Dñica.xxi. Officium.



In volũtate tua domine vniuersa sũt posita: et nõ est qui possit resistere volũtati tue tu enĩ fecisti oĩa celũ et terram et vniuersa que celi ãbitu continentur dñs vniuersorum tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Oratio.

Largire q̃s dñe fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacẽ: vt pariter ab oĩbus iminẽtibus mũdentur offẽsis et secura tibi mente deseruiant. Per. Ad ephesios. vi.

Fratres: Confortamini in dño: et i potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturã dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniã nõ est vobis colluctatio aduersus carnẽ et sãguinẽ: sed aduersus pricipes et potestates: aduersus mũdi rectores tenebrarum harũ: cõtra spiritalia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturã dei vt possitis resistere in die malo: et in omnibus perfecte stare. State ergo succincti: lumbos vestros i veritate et induti lorica iusticie: et calciati pedes i preparatione euãgelii pacis. In oĩbus sumẽtes scutũ fidei: in quo possitis oĩa tela neq̃ssimi ignea extinguere. Et galeã salutis assumite: et gladium sp̃us: qd̃ est verbũ dei. Grad. Dñe refugiũ factus es nobis a gñatione

...progenie. V. Priusq̄ mōtes fierēt aut ...maret terra: et orbis a sclo et i sclm tu ...s deus. Allā. V. Dextera dn̄i fecit virtu ...: dextā dn̄i exaltauit me. S. iohannē

IN illo tp̄e. Erat qdā regul⁹ cui⁹ fili⁹ infirmabat̄ caphar ...aum. Hic cū audisset q̄z iesus adue ...iret a iudea i galileā: abiit ad eū: et rogabat vt descēderet et sanaret fili ...um ei⁹. Incipiebat eni mori. Dixit ergo iesus: ad eū. Nisi signa et p̄di... ...gia videritis: nō creditis. Dixit ad ...ū regul⁹. Dn̄e descēde: priusq̄ mo ...iatur fili⁹ me⁹. Dicit ei ies⁹. Uade: fili⁹ tuus viuit. Credidit hō sermo... ...ni quē dixit ei ies⁹: et ibat. Iā aūt eo descendēte: serui occurrerūt ei / et nū... ...ciauerunt dicētes / q̄z fili⁹ eius viue... ...ret. Interrogabat ergo horaz ab eis: in qua meli⁹ habuerat. Et dixerūt ...: q̄z heri hora septima reliq̄t eū fe... ...bris. Cognouit autem pater q̄z illa hora erat: in qua dixit ei iesus / filius ...uus viuit. Et credidit ipse: et dom⁹ ...ius tota. Offr. Uir erat in terra noīe Iob simplex et rect⁹ ac timēs deū quem sa... ...thā petiit vt tētaret et data est potestas a dn̄o i facultate et i carne ei⁹: p̄diditq̄z oēz substātiā ipsius et filios carnē quoq̄z ei⁹ ...graui vlcere vulnerauit. Secreta.

CElestem nobis p̄rebeāt hec misteria q̄s dn̄e medicinam et vitia nr̄i corporis expurgēt. Per.

Cōio. In salutari tuo aīa mea et in ver... ...bum tuū speraui: q̄n facies de p̄sequenti... ...bus me iudiciū iniqui p̄secuti sūt me ad... ...iuua me dn̄e deus meus. Postcōio.

UT sacris dn̄e reddamur di... ...gni muneribus fac nos q̄s ...tuis semp obedire mādatis. Per d.

Feria quarta. Ad timotheum.

CArissime: Finis autē p̄rece... ...pti est caritas: de corde puro et cōscientia bona: et fide non ficta. A quibus quidā aberrantes cōuer... ...si sunt in vaniloquium volētes au... ...tem esse legisdoctores nō intelligen... ...tes neq̄z q̄ loquūtur: neq̄z de quib⁹ affirmant. Scim⁹ autē q̄z bona est lex: si quis ea legitime vtatur. Sciē... ...tes hoc quia iusto lex nō est posita: sed iniustis et non subditis / impiis et peccatoribus sceleratis: et cōtami... ...natis / parricidis et matricidis / ho... ...micidis / et fornicatoribus masculo... ...rum cōcubitoribus plagiariis: mē... ...dacib⁹ periuris. Et si quid aliud sa... ...ne doctrine aduersatur que est secū... ...dum euangeliū glorie beati dei: q̄d creditū est michi. Gratias ago ei: q̄ me confortauit. In christo iesu: do... ...mino nostro. Secundum lucam.

IN illo tp̄e. Factū est vt intra... ...ret ies⁹ i synagogā: et doceret Et erat ibi hō: et manus ei⁹ dextera erat arida. Obseruabāt autē scribe et pharisei si i sabbato curaret: vt in... ...uenirēt vnde accusarēt illū. Ip̄e vo sciebat: cogitationes eoꝝ. Et ait ho... ...mini q̄ habebat manū aridā. Sur... ...ge et sta i medio Et surgēs: stetit. Ait autē ad illos ies⁹. Interrogabo vos: si licet sabbato benefacere an male: Aiam saluā facere: an p̄dere. Et cir... ...cūspect⁹ oīb⁹: dixit hoī. Extēde ma... ...nū tuā. Et extendit: et restituta est ei man⁹ ei⁹. Ip̄i aūt repleti sūt isipien... ...tia: et loq̄bant̄ adinuicē: q̄dnā facerēt de iesu. Fer. vi. Ad timotheum.

CArissime: Ueritatē dico: nō mētior / doctor gētiū in fide et veritate. Uolo ergo viros orare i oī loco: leuantes puras man⁹ sine ira et disceptatione. Similit̄ et mulie... ...res i habitu sancto cū verecūdia et so... ...brietate ornantes se non i tortis cri... ...nibus aut auro aut margarit⁹: vel veste preciosa sed quod decet mulie... ...res p̄mittētes pietatē p̄ opera bona Mulieres in silētio discāt: cū omni subiectiōe. Docere autē mulieri nō permitto: neq̄z dn̄ari i virū s̄z esse in

silētio. Adā enī prim⁹ format⁹ est: deinde eua. Et adā nō est seduct⁹ in p̄uaricatione: mulier autē fuit. Saluabit̄ autē per gn̄ationē filioꝝ: si p̄manserīt i fide ⁊ dilectiōe ⁊ scīficatione: cū sobrietate. Scd̄m matheum.

In illo tp̄e. Cū venisset iesus in domū symonis petri: vidit socrū eius iacētē: et febricitantē. Et tetigit manū ei⁹: ⁊ dimisit eā febris. Et surgens: ministrabat eis. Vespe autē facto: obtulerūt ei multos demonia habētes ⁊ eiiciebat spiritus verbo: ⁊ oēs male habētes curauit vt adipleret̄ qd̄ dictum est per ysaiā ꝓphetā dicētē. Ipse infirmitates nr̄as accepit: ⁊ egrotatiōes portauit. Dominica.xxii. Officium.



Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit. q2 apud te propiciatio est deus israel. Ps. De profundis clamaui ad te domie: dn̄e exaudi vocem meam. Oratio.

Familiā tuā q̄s dn̄e cōtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatib⁹ te ꝓtegēte sit libera: et in bonis actibus tuo noi sit deuota. Per dn̄m. Ad philippenses.primo.

Fratres: Confidim⁹ de vobis in dn̄o iesu: q2 q̄ cepit in vobis opus bonū/perficiet vsq3 in diē xp̄i iesu. Sicut est michi iustum hoc sentire ꝓ oib⁹ vobis: eo qd̄ habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis/et in defensione et confirmatione euāgelii: socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enī michi est deus: quomodo cupiā vos oēs in visceribus iesu xp̄i. Et hoc oro vt caritas vr̄a magis ac magis abūdet: in oi sciētia ⁊ in oi sensu: vt ꝓbetis potiora: vt sitis sinceres et sine offensa in die xp̄i. Repleti fructu iusticie: per iesum xp̄m: i gloriā et laudē xp̄i. Gr. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū habitare fratres in vnū. V. Sicut vnguentū in capite qd̄ descendit in barbā barbā aaron. V. Mandauit dn̄s bn̄dictionem: et vitā vsq3 in seculū. Alla. V. De ꝓfūdis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. Alla. V. Lauda aīa mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea: psallā deo meo q̄diu ero. Alla. V. Qui sanat cōtritos corde ⁊ alligat cōtritiones eorum. Scd̄m matheū.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnū celoꝝ homini regi: qui voluit rationē ponere: cū seruis suis. Et cum cepisset rationē ponere: oblat⁹ est ei vn⁹ q̄ debebat decē milia talēta. Cum autē nō haberet vnde redderet: iussit eum dn̄s ei⁹ venūdari: et vxorē eius ⁊ filios et oīa que habebat ⁊ reddi. Procidēs autē seruus ille: rogabat eū dicēs. Patientiā habe i me: et oīa reddā tibi. Misertus autē dn̄s serui illius: dimisit eū et debitū dimisit ei. Egress⁹ autē seruus ille: īuenit vnū de conseruis suis q̄ debebat ei cētū denarios. Et tenēs suffocabat eū: dicens. Redde qd̄ debes. Et ꝓcidens conseru⁹ ei⁹: rogabat eū dicens. Patientiā habe in me: et oīa reddā tibi. Ille autē noluit: sed abiit ⁊ misit eū in carcerē donec redderet debitū. Videntes autem cōserui eius q̄ fiebant: cōtristati sūt valde. Et venerūt/ et narrauerunt dn̄o suo: oīa q̄ facta fuerant. Tunc vocauit illū dn̄s suus: ⁊ ait illi. Serue neq̄ oē debitū dimisi tibi: qm̄ rogasti me. Nōne ergo oportuit et te misereri conserui tui: sicut ⁊ ego tui miser⁹ sū? Et irat⁹ dn̄s eius: tradidit eū tortoribus: quoadusq3 redderet vniuersum debitū. Sic et pater me⁹ celestis faciet vobis: si nō remiseritis vnusq̄sq3 fratri suo: de cordib⁹ vr̄is. Offr. Recordare q̄ steteri i ꝯspectu tuo vt loq̄rer ꝓ eis bonū et auerterē indignationem tuam ab eis. Secreta.

Suscipe dñe propicius hostias quibus te placari voluisti: et nobis salutem potenti pietate restitui. Per. Cōio. Dico vobis gaudium est angelis dei sup vno peccatore penitentiam agente. Postcommunio.

Immortalitatis alimoniam cōsecuti q̄s dñe: vt qđ ore percepimus mente sectemur. Per do.

¶ Feria quarta. Ad timotheum.

Carissime: Obsecro primo oium fieri obsecrationes/orationes/postulatiōes/grãꝝ actiōes pro oibus hoibus: et p regib⁹ ⁊ oibus q̇ in sublimitate sunt cōstituti: vt quietā et tranquillā vitam agamus i oi pietate et castitate. Hoc enī bonū est et acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homies vult saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus: vnus mediator dei et hoim/homo christus iesus qui dedit redemptionem semetipsum pro oibus cui⁹ testimoniū temporibus suis confirmatū est: in quo posit⁹ sum ego predicator et apostolus. Ueritatem dico non mentior: doctor gentiū in fide et veritate. Secūdum marcum.

In illo tpe: Dixit ies⁹ discipulis suis. Amē dico vobis/q̄a q̄cunqȝ dixerit huic monti tollere et mittere i mare/⁊ nō hesitauerit i corde suo/sed crediderit qȝ qđcunqȝ dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobꝭ oia q̄cunqȝ orātes petitis: credite qȝ accipietꝭ ⁊ eueniēt vobis. Et cū stabitis ad orādū: dimittite si qđ habetis aduersus aliquē vt ⁊ pr̄ vester q̇ in celis est dimittat vobis pctā vestra. Qđ si vos nō dimiseritis: nec pr̄ vr̄ qui i celis est: dimittet vobis pctā vr̄a. ¶ Fer. vi. Ad thimotheū.

Carissime. Fidelis sermo ⁊ oi acceptione dignus. In hoc hoc enī laboram⁹ et maledicimur: qȝ speramus in deū viuum q̄ est saluator oim hoim: maxime autē fidelium. Precipe hec: ⁊ doce. Nemo adolescētiā tuā cōtēnat: sed exēplū esto fidelium in verbo et cōuersatione/in caritate/i fide/in castitate. Dū venio: attēde lectioni exhortationi doctrine. Noli negligere grãm q̄ est i te: q̄ data est tibi p pphetiā cū impositione manuū presbyteri. Hec meditare: et in his esto vt pfect⁹ tuus sit manifestus omnibus. Attende tibi: et doctrine insta i illis. Hoc enim faciens/et teipsum saluum facies: ⁊ eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrē/iuuenes vt fratres/anus vt matres/iuuenculas vt sorores: in omni castitate. Uiduas honora: que vere vidue sunt. Si qua autē vidua filios aut nepotes habet: discat primū domum suā regere: ⁊ mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est: corā deo. Scđm marcum

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Uidete quid audiatis. In qua mensura mēsi fueritis remetietur vobis: ⁊ adiicieꝭ vobis. Qui enim habet dabitur ei: et qui nō habet etiam quod habet auferetur ab illo. Et dicebat. Sic est regnum dei: quemadmodum si iaciat homo semēten in terram et dormiat et exurgat nocte ac die: et semē germinet ac crescat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat primū herbam/deinde spicam/deinde plenum frumētum in spica. Et cum se pduxerit fruct⁹ statī mittit falcem: qm̄ adest tēp⁹ messis. ¶ Do. xxiii. Officium. Si iniquitates. Oratio.

De⁹ refugiū nostrū et virt⁹ adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipe pietatis ⁊ pstā vt qđ fideliter petimus efficaciꝭ consequamur. Per dūm. Ad philippenses.

FRatres. Imitatores mei estote: et obseruate eos q̄ ita ambulant: sicut habetis formā nostrā. Multi enī ambulant: quos sepe dicebā vobis. Nūc autē et flens dico: inimicos crucis xpi. Quorum finis interit⁹/ quorum deus venter est: et gloria in cōfusione eorum qui terrena sapiunt. Nostra autē cōuersatio: in celis est. Unde etiā saluatorem expectamus dn̄m nr̄m iesū xpm: qui reformabit corpus humilitatis nr̄e cōfiguratū corpori claritatis sue: secūdum operationem qua possit etiam subiicere sibi oia. Itaq; fratres mei carissimi et desideratissimi / gaudiū meū et corona mea: sic state ī dn̄o carissimi. Eucodiā rogo et sinticē deprecor: idipsū sapere in dn̄o. Etiam rogo et te germane compar adiuua eos q̄ mecū laborauerūt ī euāgelio: cū clemente et ceteris adiutorib⁹ meis. Quorum noīa: sunt ī libro vite. Grad. Ecce q̄ bonū. ℣. Mādauit dn̄s. Allā. ℣. Lauda aīa. S. matheū. xxii.

IN illo tp̄e: Abeuntes pharisei cōsiliū inierūt vt caperent iesū in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cū herodianis dicētes. Magister/ scim⁹ q2 verax es: et viā dei in veritate doces: et nō est tibi cura de aliquo. Nō enim: respicis personā hoim. Dic ergo nobis: q̄d tibi videtur? Licet cēsum dari cesari: an nō? Cognita aūt iesus neq̄tia eorum: ait. Quid me tētatis ypocrite? Ostēdite michi nummisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis iesus. Cui⁹ est hec ymago et superscriptio? Dicūt ei. Cesaris. Tūc ait illis. Reddite ergo q̄ sūt cesaris cesari: et q̄ sūt dei deo. Offert. Recordare mei dn̄e oipotētatui domināns da sermonem rectū et bn̄sonantē in os meū vt placeāt verba mea ī cōspectu p̄ricipis euerte cor eius ī odiū repugnantiū nobis: et in eos qui cōsentiunt eis: nos aūt libera manu tua de⁹ noster ieternū. Secreta.

DA quesumus misericors deus: vt hec salutaris oblatio et a propriis nos reatibus indesinenter expediat: et ab omnibus tueatur aduersis. Per dn̄m nostrum iesū. Cōmunio. Dico vobis. Postcōio.

SUmpsim⁹ domine sacri dona mysterii humiliter deprecantes: vt que in tui commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Per dominū nostrum iesū christū.

¶ Feria quarta. Ad timotheum.

CArissime: Noli erubescere testimonium dn̄i nr̄i iesu xpi: neq; me victum eius: sed collabora euāgelio scd̄m virtutem dei: q̄ nos liberauit et vocauit vocatiōe sācta nō scd̄m opera nostra: sed scd̄m propositū suū et gratiā que data est nobis in xp̄o iesu ante tp̄a sclor̄m. manifestata est autē: nūc p illūiationē saluatoris nostri iesu xpi qui destruxit quidē mortē: illumīauit autē vitā et incorruptionem p euāgeliū in quo posit⁹ sum ego p̄dicator et apostolus et magister gētium. Ob quam causam etiā hec patior: sed nō cōfundor. Scio enī cui credidi/ et cert⁹ sū: q2 potens est depositū meum seruare in illum diem. Scd̄m matheum

IN illo tp̄e. Cū venisset iesus et discipuli ei⁹ capharnaum/ accesserūt q̄ didragma accipiebant ad petrum: et dixerunt ei. Magister vester: non soluit didragma. Ait. Etiam. Et cum introisset in domū preuenit eum iesus: dicens. Quid tibi videtur symō. Reges terre a quibus tributum accipiunt: vel censū? A filiis suis: an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ies⁹. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos/ vade ad mare et mit

tehamum: et eũ piscẽ qui p̄rim⁹ ascenderit tolle / et aperto ore eius inuenies stateram. Illũ sumẽs da eis pro me et te. ¶ Feria. vi. Ad titum.

Charissime. Oĩa mũda mundis coinq̃natis aũt et infidelibus nichil est mũdũ: sʒ inquinate sunt eorũ ⁊ mẽs et cõsciẽtia. Cõfitentur se nosse deũ: factis aũt negãt cũ sint abhominati et icredibiles: ⁊ ad oẽ opus bonũ reprobi. Tu autẽ loquere: q̃ dicẽt sanam doctrinã. Senes vt sobrii sint: pudici prudentes sani in fide in dilectione in patiẽtia. Anus similiter in habitu sãcto non criminatrices nõ vino multo seruientes / bene docentes: vt prudẽtiam doceant. Adolescẽtulas vt viros suos amẽt: filios diligant / prudentes sobrias / castas / domus curam habẽtes / benignas / subditas viris suis vt nõ blasphementur verbũ dei. Iuuenes simul hortare: vt sobrii sint in omnibus. Temetipsum prebe exẽplum bonorũ operũ: in doctrina integritate i grauitate. Uerbũ sanum irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur nichil habens malũ dicere de vobis. Seruos dñis suis subditos esse in oĩbus placentes nõ cõtradicentes non fraudantes sed in oĩbus fidẽ bonã ostendentes vt doctrinam saluatoris nostri dei: ornẽt in oĩbus. Scd̃m marcũ.

In illo tp̄e: Conuenerunt ad iesum pharisei: ⁊ quidam de scribus veniẽtes ab hierosolimis. Et cũ vidissẽt quosdã ex discipulis ei⁹ nõ lotis manibus mãducare panem: vituperauerunt eos pharisei enĩ ⁊ oẽs iudei: nisi crebro lauẽt manus nõ mãducant: tenẽtes traditiones seniorũ. Et cũ a foro venerit: nisi baptizarent̃ non comedũt. Et solẽt alia multa q̃ tradita sũt illis seruare baptismata calicum: et vrceorum et eramentorũ: et lectorum. Et interrogabant eum scribe et pharisei dicẽtes. Quare discipuli tui non ãbulãt iuxta traditionẽ seniorũ: sed nõ lotis manib⁹ mãducãt panem? Et ille respõdẽs: dixit eis. Bñ prophetauit ysaias de vobis ypocritis: sicut scriptũ est: populus hic labiis me honorat: cor aũt eorũ longe est a me. In vanũ autẽ me colunt docentes doctrinas ⁊ p̄cepta hoim. Relinquentes enim mandatum dei tenẽtes traditionẽ hominũ. ¶ Dñica xxiiii. offm̄. Si iniquitates. Oratio

Absolue q̃s dñe tuorũ delicta pp̄lorũ: et a pctõrũ nr̃orũ nexib⁹ q̃ pro nr̃a fragilitate cõtraximus tua benignitate liberemur. Per dñm. Ad colocenses. primo.

Fratres: Nõ cessam⁹ p vobis orãtes et postulãtes vt ipleamini agnitiõe voluñtatis ei⁹: i oĩ sapiẽtia et intellectu spiritali. Ut ãbuletis digni deo p oĩa placẽtes: i oĩ opebono fructificãtes et crescentes i sciẽtia dei. In oĩ virtute ⁊ forta ti: scd̃m potẽtiã claritatis ei⁹. In oĩ patientia et longanimitate cũ gaudio. In xp̄o iesu: dñõ nostro. Grad Ecce q̃ bonũ. ℣. Sicut vnguẽtũ. All'ã. ℣. Qui sanat. Scd̃m matheum. ix.

In illo tempore: Loquẽte iesu ad turbas: ecce p̄riceps vnus accessit: et adorabat eũ dicens. Dñe / filia mea modo defũcta est: sʒ veni ipone manũ tuã super eã: ⁊ viuet. Et surgẽs iesus seq̄bat̃ eũ: et discipuli ei⁹. Et ecce mulier q̃ fluxũ sãguinis patiebatur duodecim ãnis accessit retro: et tetigit fimbriam vestimẽti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tãtũ vestimẽtũ ei⁹: salua ero. At ies⁹ ꝯuers⁹ est videns eã: dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Et cum venisset ies⁹ in

domū principis/ ꝛ vidisset tibicines et turbā tumultuātē: dicebat. Recedite/ nō est eni mortua puella: sꝫ dormit. Et deridebāt eū/ ꝛ cum eiecta esset turba intrauit et tenuit manum eius: ꝛ surrerit puella. Et exiit fama hec: in vniuersam terram illā. Offerto. Recordare quod ste. Secreta.

PRo nostre seruitutꝫ augmēto sacrificiū tibi dn̄e laudis offerimus/ presta q̄s: vt qd̄ immeritis contulisti: propicius exequaris. Per. Cōio. Dico vobis. Postcōio.

QUesumus oīpotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per dn̄m nostrū. ¶ Feria. iiii. Ad romanos.

FRatres: Nolo vos ignorare misteriū hoc: vt nō sitis vobisinetipis sapiētes: qꝛ cecitas ex parte ꝯtigit i israel donec plenitudo gētiū itraret/ ꝛ sic oīs israel saluꝰ fieret: sicut scriptū est. Ueniet ex syō: q̄ eripiat ꝛ auertat ipietates ab iacob. Et hoc illis a me testamētum cū abstulero pctā eoꝝ scd̄m euangelium quidē inimici ꝓpter vos scd̄m electionē carissimi propter patres. Sine penitētia autē sunt: dona ꝛ vocatio dei. Sicut eni aliquādo et vos non credidistis deo: nunc autē miam cōsecuti estis ꝓpter illoꝝ icredulitatē: ita ꝛ isti nūc nō crediderūt in vestrā miam vt et ipsi miam consequantur. Cōclusit eni deus oīa in icredulitate: vt oīm misereatur. O altitudo diuitiaꝝ sapiētie et scientie dei: q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Quis cognouit sensum dn̄i: aut q̄s ꝯsiliariꝰ eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum: ꝛ in ipso sunt omnia. Ipsi honor et gloria: in secula seculorum amen. Secundum marcum.

IN illo tp̄e. Interrogauit iesum vnus de scribis qd̄ esset primū oīm mandatū. Jesus aūt respōdit ei qꝛ primū oīm mādatū est. Audi israel: deus tuꝰ deus vnꝰ est. Et diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ꝛ ex tota aīa tua: et ex tota mēte tua: et ex tota virtute tua. Hoc est primū mādatū. Scd̄m autē: simile est huic. Diliges proximū tuū sicut teipsū. Maius hoꝝ: aliud mādatū nō est. Et ait illi scriba. Bene magister i veritate dixisti/ qꝛ vnꝰ est deꝰ: ꝛ nō est aliꝰ p̄ter eū: ꝛ vt diligā ex toto corde ꝛ ex toto intellectu: ꝛ ex tota anima/ ꝛ ex tota fortitudine. Et diligere proximum tāq̄ seipsū: maius est oībꝰ olocaustomatibus ꝛ sacrificiis. Jesus autē videns q̄ sapienter respōdisset: dixit illi. Nō es longe a regno dei. ¶ Fer. vi. Ad hebreos.

FRatres: Habētes fiduciam in itroitu scto꞉ꝛū i sanguine xp̄i quā initiauit nobis viā nouā ꝛ viuētē p velamē id est p carnē suā: et sacerdotē magnū sup domū dei: accedamꝰ cū vero corde in plenitudine fidei: aspsi corda a cōsciētia mala/ ꝛ abluti corpꝰ aqua munda. Teneamꝰ spei nr̄e cōfessionē ideclinabilē. Fidelis eni: q̄ repromisit. Et cōsideremus inuicē in ꝓuocationē caritatis ꝛ bonoꝝ opeꝝ: nō deserentes collectionē vestrā sicut est cōsuetudinis quibusdā sed ꝯsolātes et tanto magis quanto videritis: appropinquantem diem. Uoluntarie eni peccātibꝰ nobis post acceptam noticiā veritatꝫ: iā nō relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis nāq̄ est quedam expectatio iudicii/ et ignis emulatio que consumptura est: aduersarios. Secundum matheum.

IN illo tēpore: Dixit iesꝰ turbis iudeorum. Homo quidā habuit duos filios: ꝛ accedēs ad pri

mum dixit. Fili / vade operari hodie: in vineam meã. Ille autẽ respõdens: ait. Nolo. Postea autẽ penitẽtia motus: abiit. Accedens autẽ ad alterũ: dixit similiter. At ille respondens: ait. Eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duob⁹ fecit voluntatẽ patris? Dicunt. Primus. Dicit illis ies⁹. Amẽ dico vobis: q̃ publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos iohãnes in via iusticie: et nõ credidistis ei. Publicani autem et meretrices: crediderunt ei. Uos autẽ videtes: nec penitentiam habuistis postea: vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat.

Dominica. xxv. Officium.

Dicit domin⁹ ego cogito cogitatiões pacis ⁊ nõ afflictiõis iuocabitis me et ego exaudiã vos: ⁊ reducã captiuitatẽ vr̃am de cũctis locis. ps. Bñdixisti dñe terram tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Oratio

Excita dñe q̃s tuoꝝ fideliũ voluntates: vt diuini operis fructũ ꝓpẽsius exequẽtes pietatis tue remedia maiora percipiant. Per d.

Lectio hieremie prophete. xxiii.

Ecce dies veniũt dicit dñs: et suscitabo dauid germen iustum: et regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudicium et iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda: et israel habitabit cõfidẽter. Et hoc est nomẽ quod vocabũt eum: dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs: et non dicent vltra viuit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dñs qui eduxit ⁊ adduxit semen domus israel de terra aquilonis et de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc. Et habitabunt i terra sua: dicit dñs ops.

Grad. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos ⁊ eos q̃ nos oderũt cõfudisti. V. In deo laudabimur tota die ⁊ nõi tuo cõfitebimur in secula. Allã. V. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te. Secundum iohannem. vi.

In illo tẽpore: Cum subleuasset oculos iesus / et vidisset q̃ multitudo maxima venit ad eũ: dicit ad philippũ: vnde emem⁹ panes vt mãducent hi? Hoc autẽ dicebat: tentans eũ. Ipse eni sciebat: quid esset factur⁹. Respondit ei philippus. Ducẽtoꝝ denarioꝝ panes nõ sufficiũt eis: vt vnusquisq̃ modicũ q̃d accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius: ãdreas frater symonis petri. Est puer vnus hic / qui habet quinq̃ panes ordeaceos: ⁊ duos pisces. Sz hec: q̃d sunt iter tãtos? Dicit ergo iesus. Facite hoies discumbere. Erat autẽ fenũ multũ: in loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinq̃ milia. Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus: q̃tum volebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite q̃ supauerunt fragmẽta: ne pereant. Collegerũt ergo / et impleuerũt duodecim cophinos fragmentoꝝ: ex q̃nq̃ panib⁹ ordeaceis et duob⁹ piscibus que superfuerunt his qui manducauerant. Illi autẽ hoies cum vidissent quod fecerat signum: dicebãt. Quia hic est vere ꝓpheta: qui vẽturus est i mundum.

Offr. De profundis clamaui ad te domine dñe exaudi orõnem meã. Secreta

Propicius esto domine supplicationib⁹ nostris: et populi tui oblationibus precibusq̃ susceptis oĩm nostrũ ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberi ad celestia desideria trãseam⁹. Per dñm nr̃m. Cõio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis: credite q̃ accipietis et fiet vobis. Postcõmunio

Concede nobis dñe q̃s/ vt sacramentũ qđ sũpsimus: quicqđ in nr̃a mẽte viciosum est: ipsius medicaminis dono curet̃. Per do.

¶ Fer. iiii. Ad thessalonicẽses. ii. i.

Fratres: Gr̃as agere debemus deo sẽp ꝑ vob; ita vt dignũ est: qm̃ supcrescit fides vr̃a et abũdat caritas vniuscuiusq; oiũ vestrũ i inuicẽ ita vt nos ipsi gloriemur i ecclesiis dei ꝑ patiẽtia vr̃a et fide: i oib⁹ ꝑsecutionibus vr̃is ꝛ tribulatiõib⁹ q̃ sustinetis i exẽplũ iusti iudicii dei/ vt digni habeamini regno dei: ꝑ quo ꝛ patimini Si tamẽ iustũ est apđ deũ retribuere retributionẽ his q̃ vos tribulãt et vobis q̃ tribulamini requiẽ nobiscũ: in reuelationem dñi iesu de celo: cũ ãgelis virtutis ei⁹ i flãmã ignis dãtis vindictã his q̃ nõ nouerunt deũ: et qui nõ obedierunt euangelio dñi nr̃i iesu xp̃i. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie dñi et a gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis eius: et admirabilis fieri in oibus qui credunt in iesum christum: dñm nostrũ. Scđm lucam.

In illo tp̃e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Ite/ ecce ego mitto vos: sicut agnos iter lupos. Nolite ergo portare sacculũ/ neq; perã/ neq; calciamẽta: et neminẽ ꝑ viã salutaueritis. In quãcunq; domũ itraueritis: primũ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit fili⁹ pacis: requiescet sup illũ pax vr̃a. Sin autem ad vos reuertet̃. In eadẽ autez domo manete: edẽtes ꝛ bibẽtes q̃ apud illos sunt. Dign⁹ est eni opari⁹: mercede sua. Nolite trãsire de domo in domũ. Et i quãcunq; ciuitatẽ itraueritis ꝛ susceperint vos mãducate q̃ apponuntur vobis: ꝛ curate ifirmos q̃ i illa sũt: ꝛ dicite illis. Appropiquabit i vos: regnũ dei. In quancũq; autẽ ciuitatẽ intraueritis ꝛ nõ receperit vos: exeũtes in plateas ei⁹ dicite. Etiã puluerẽ qui adhesit nobis de ciuitate vestra: extergimus i vos. Tamen hoc scitote: quia appropinquabit in vos regnum dei.

¶ Feria. vi. Lectio zacharie ꝓphẽ

Hec dicit dñs deus. Gaude ꝛ letare filia syon: q2 ecce ego venio et habitabo in medio tui: dicit dñs. Et applicabũt̃ gẽtes multe ad dñm in die illa: et erũt michi i populũ. Et habitabo in medio tui: et scies q2 dñs exercituum misit me ad te. Et possidebit dñs iudã partẽ suam i terra sctificata: et elegit adhuc hierusalem. Sileat oĩs caro a facie dñi q2 cõsurrexit de habitaculo sctõ suo: dñs de⁹ noster. Scđm marcũ.

In illo tp̃e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Vigilate ꝛ orate: nescitis eni quãdo tẽpus sit. Sicut hõ q̃ peregre ꝓficiscens reliq̃t domum suã: ꝛ dedit seruis suis potestatẽ cuiusq; opis: ꝛ ianitori ꝑcepit vigilare. Sic ergo vigilate: nescitis enim quãdo dñs dom⁹ veniat. Sero: an media nocte: an gallicantu/ an mane. Ne cũ venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem dico vobis/ omnibus dico: vigilate.

¶ Incipit offiñ misse de q̃nq; vulneribus dñi nr̃i iesu christi. Offiñ.

Humiliauit semetipsum dñs noster iesus xp̃s vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis ꝓpter qđ ꝛ de⁹ exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomẽ. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. ℣. Gloria patri. Humiliauit ꝛc. Kyrie omp̃s pater ingenite nobis miseris eleyson. ꝛc. Gloria i excelsis deo. Semp dicitur extra aduentum. ꝛ. lxx. Or̃o

Domine iesu xp̃e fili dei viui qui de celo ad terrã de sinu

patris descendisti: et in ligno crucis quinque plagas sustinuisti: et sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum effudisti te humiliter deprecamur: ut in die iudicii ad dexteram tuam statuti a te audire mereamur: venite benedicti patris mei. Qui cum eodem patre. etc. Lectio zacharie prophete.

Hec dicit dominus deus. Effundam de spiritu meo super domum david: et super habitatores hierusalem: spiritum gratie et miserationis. Et aspicient in me quem transfixerunt et plangent eum quasi unigenitum: et dolebunt super eum: ut doleri solet in morte primogeniti. In illa die: erit planctus magnus in hierusalem et dicetur ei: que sunt iste plage in medio manuum tuarum. Et dicet eis: his plagis plagatus sum in domo eorum: qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meum / et super virum coherentem michi / dicit dominus exercituum Percutiam pastorem: et dispergentur oves gregis. Dicit dominus: omnipotens.

Grad. Improperium expectavit cor meum et miseriam: et sustinui qui simul contristaretur et non fuit consolantem me quesivi et non inveni. ℣. Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potaverunt me aceto. Alleluia. ℣. Ave rex noster iesu christe tu nostros solus errores et reatus miseratus pertulisti patri obediens ductus es ad crucem ut agnus mansuetus ad occisionem tibi gloria osanna tibi summe laudis et honestatis chorea.

¶ Infra .lxx. dicatur iste tractus.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo et doloso eripe me: quia tu es deus meus et fortitudo mea. ℣. Testes domine iniqui insurrexerunt in me tradiderunt suum et mentita est iniquitas sibi. ℣. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores prolongaverunt iniquitatem suam. ℣. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. ℣. Fo-

derunt manus meas et pedes meos et dinumeraverunt omnia ossa mea et dolorem vulnerum meorum addiderunt. Sequentia.

Cenam cum discipulis iesu celebrasti et mortem apostolis palam nunciasti. Et auctorem sceleris iudam demonstrasti et egressus protinus ortulum intrasti. Tunc procedens dominus humi se prostravit et transferri calicem a se postulavit. Sed patris arbitrio illud commendavit et mox ecce sanguis sudor emanavit. Iudas post hec osculum christo dedit tristi ad quod inquit dominus amice venisti. Numquid tradis osculo quem iam vendidisti assistentes protinus irruerunt ministri. Nox in somnis itaque tota ducebatur nulla prorsus requies iesu prestabatur. Magistrorum impia plebs iniuriatur alapis et colaphis innocens mactatur. Dominum iesum eripere pylatus conatur iudeorum furia magis inflammatur. Et tumultus populi ingens excitatur et plebis vox intonat ut crucifigatur. Traditur militibus vinculis artatur undique verberibus corpus cruentatur. Caput regis glorie spinis coronatur: postque flexis genibus quisque irritatur. Ecce caro tenera nostri salvatoris ad columnam nequiter coartatur loris. Sic flagellis ceditur impii tortoris quo emanant rivuli rubei cruoris. Post per urbis medium iesus procedebat: et crucis patibulum humeris ferebat. Ad fores et hostia populus fluebat: eiusque confusio omnibus patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris et vento et frigori nudus spoliaris. Innocens cum impiis in cruce damnaris et quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachiis manus conclavantur: corpus membra singula pedes perforantur. Nervi vene simili modo penis tractabantur: pedum plante domini ferro conclavantur. Fundunt rivos sanguinis membra salvatoris properet huc anima tri-

stis peccatoris. Ut hauriat quippiã
sacrati liquoris: quo frequenter lini
at vulnera doloris. Loquẽs iesus
postea sitio dicebat ꝛ acetũ ꝑtin⁹ fel
leqꝫ miscebat. Ac infusũ spõgia ori
porrigebat qđ degustãs paululum
sumere nolebat. Mi iesu mirifice/
qđ est qđ agebas: tu de siti cõqrẽs
de cruce silebas. Nunquid hãc dolo
ribus magis sẽtiebas: sed salutem
potius nostrã sitiebas. Vocem pro
mẽs vltimã patrẽ iuocasti: spiritũ
in manib⁹ eius cõmendasti. Dum
clamore valido tãdẽ expirasti: et sa-
lutem omniũ ita cõsũmasti. Nunc
ego superbio tu humiliaris: ego cul-
pas perpetro tu penis grauaris.
Ego pomũ mordeo tu felle potarꝫ:
ego peto mollia tu dire cruciarꝫ. Cu
ius demũ valeat mens vel lingua
fari: qꝫ tũ virgo creditur itus crucia
ri. Dũ cernit iã mortuũ latus vul-
nerari: atqꝫ nati viscera lãcea rima
ri. Corp⁹ quidẽ mortuũ iam nil sen
tiebat: sed militis lancea pectus ape
riebat. Quã fixam i latere filii vide
bat: vnde aqua sanguine mixta ef-
fluebat. Ad hunc ergo propera fon
tem redemptoris: vt fluente quip-
piã haurias dulcoris. Atqꝫ vite la-
uacrum preciũ cruoris: quo tui cu-
ratio profluat languoris. Redem-
ptor fidelium tu q̃ sic obisti per cruo
rẽ vulnerꝫ de te quẽ fudisti. Ne reli-
quas orphanos quos sic redemisti:
mitte nobis spm̃ tuis quem dedisti
Sumus quidẽ miseri rei pctõres: ꝛ
multorꝫ criminum magni debito-
res. Sꝫ sint tua vulnera tuiqꝫ liuo-
res: ꝑ nobis ꝛ hostia ac itercessores.
Rex eterne a gehenne salua suppli-
cio: quos pctõ soluis dato tue mor-
tis precio. Iesu bone sic dispone ho
ram nostri trãsitus: vt ad chorum
angelorum noster pergat spiritus.
Amen. Secundum iohannem. xx.

In illo tp̃e Sciens iesus quia
iam oia cõsummata erãt de
ipso: vt cõpleretur scriptura dixit.
Sitio. Illi autẽ spongiã aceto ysso-
po plenã circũponẽtes: obtulerunt
ori ei⁹. Et cũ accepisset iesus acetũ:
dixit. Consummatũ est. Et inclina
to capite: emisit spiritũ. Iudei ergo
qm̃ parasceue erat: vt non remane-
rent in cruce corpora sabbato. Erat
eni magn⁹ ille dies sabbati: rogaue
runt pylatũ vt frangerẽtur eorum
crura: et tollerẽtur. Venerunt ergo
milites ꝛ primi quidẽ fregerũt cru-
ra: et alterius qui crucifix⁹ est cũ eo.
Ad iesum autẽ cũ venissẽt vt vide-
runt eum iam mortuũ: nõ fregerũt
eius crura. Sed vnus militum lan
cea latus eius aperuit: et cõtinuo ex-
iuit sanguis et aqua. Et qui hec vi-
dit testimoniũ perhibuit: et scimus
quia verum est: testimonium eius.
Credo. Offert. Insurrexerunt i me
viri iniqui ꝛ absqꝫ mĩa quesierunt me in
terficere et non pepercerunt in faciẽ meã
spuere: et lanceis suis vulnerauerũt me:
et concussa sunt oia ossa mea. Secreta.
Domine iesu xp̃e q̃ ꝑ mundi
redẽptione crucis lignũ as-
cẽdisti: vt vniuersus mũdus q̃ in te
nebris erat illumiaret: illã q̃s luce i
aĩas ꝛ corpora nr̃a semꝑ infunde: ꝑ
quã ad eternã lucẽ peruenire merea
mur. Qui viuis et regnas cũ deo.
Prefatio. Qui salutem. Cõmunio.
Foderũt manus meas et pedes meos et
dinumerauerũt oia ossa mea. Postcõ.
Domine iesu xp̃e q̃ hora diei
sexta ꝑ redẽptiõe mũdi cru
cis patibulũ ascẽdisti: ꝛ sanguinem
tuũ peciosũ in remissionẽ pctorꝫ no
strorꝫ fudisti/ te humilit deꝑcamur:
vt per tue passionis ꝛ vulnerꝫ tuorꝫ
merita post obitũ nr̃m paradisi ia-
nuã gaudentẽ introire mereamur.
Qui viuis ꝛ regnas cũ d. In vnit.

¶ In dedicatione ecclesie. Officium.

Terribilis est locus iste/ hic domus dei est ꝛ porta celi ꝛ vocabitur aula dei. Ps. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutum concupiscit et deficit aĩa mea in atria domini. Oratio

Deus q̃ nob ꝑ singulos annos hui9 sc̃ti tẽpli tui ꝯsecrationis reparas diẽ: ꝛ sacris sẽp misteriis repñsentas incolumes: exaudi p̃ces populi tui et p̃sta: vt q̃sq̃s hoc tẽplũ beneficia petitur9 igreditur: cuncta se impetrasse letetur. Per d.

Lectio lib. apo. bti iohis apli. xxi.

In diebus illis. Vidi ciuitatẽ sanctã hierlm nouã descẽdẽtẽ de celo: a deo paratã sicut sponsã ornatã viro suo. Et audiui vocem magnã: de celo dicentẽ. Ecce tabernaculũ dei cũ hoib9: ꝛ habitabit cũ eis. Et erit eoꝝ de9: et ipsi pp̃ls eius erũt ꝛ ipse dñs cũ eis erit eoꝝ deus. Et absterget de9 oẽm lachrimã ab oculis eorum: et mors vltra nõ erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit vltra: que prima abierũt. Et dixit: qui sedebat in throno. Ecce noua: facio omnia. Grad. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramẽtum irreprehensibilis est. V. Deus cui astat angelorum chorus: exaudi preces seruorum tuoꝝ. Allã. V. Adorabo ad templũ sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Si hoc fest. in. lxx. cõti. dr̃ Tractus

Quã dilecta tabernacula tua domine virtutũ cõcupiscit et deficit aĩa mea i atria tua. V. Cor meũ et caro mea exultauerũt i deũ viuũ. V. Eteni passer inuenit sibi domũ ꝛ turt̃ nidũ vbi reponat pullos suos. V. Altaria tua dñe virtutũ rex me9 ꝛ de9 me9. V. Bti q̃ habitãt i domo tua dñe in sc̃la sc̃loꝝ laudabunt te. Si vo i tp̃e paschali ꝯtigerit sc̃dm Allã. erit de resurrectiõe vel de ascẽsione vel de penthe. Sequentia

Rex salomon fecit tẽplũ cui9 instar et exẽplũ xp̃s et eccl̃a. Hui9 hic est spator fundamẽtũ ꝛ fundator mediante gr̃a. Quadri tẽpli fũdamẽta marmorea sunt istrumẽta parietũ paria. Cãdẽs flos est castitatis lapis quadr9 i p̃latis virt9 ꝛ cõstantia. Lõgitudo latitudo tẽpli q; sublimitas. Intellecta fide recta sunt fides spes et caritas. Sed tres partes sunt i tẽplo trinitatis sub exemplo yma summa media. Ima signat viuos cũctos ꝛ sc̃da iã defunctos rediuiuos tercia. Sexagenos q̃q; ꝑ se et ter tãtũ vniuerse habent alti cubitos. Hoꝝ triũ tres ꝯuentus trinitati dãt cõcẽt9 vnitati deditos. Diuisio. Templi cult9 extat mult9 cynamom9 ardor domi9 mirra stacte cassia. Que honor decus morũ atq; bonos precũ sonos sunt significãtia. In hac casa cuncta vasa sũt ex auro de thesauro prelecto penitus. Nam magistros et ministros decet doctos et excoctos igne sancti spiritus. Hec ex bonis salomonis q̃ rex dauid preparauit fiunt edificia. Sed in lignis rex insignis viuit tiri cuius viri tractant artificia. Nã ex gente iudeisq; sicut templum ex vtrisq; cõditor ecclesia. Xp̃e q̃ hãc et hos vnis lapis viuus et cõmunis tibi laus et gloria. Sc̃dm lucã. xix.

In illo tp̃e: Egressus ies9: perambulabat hierico. Et ecce vir noĩe zache9: et hic erat princeps publicanoꝝ: ꝛ ipse diues. Et q̃rebat iesum videre q̃s esset: ꝛ non poterat pre turba: q̃r statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum/ et dixit ad eum. zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festi

nans descendit: et excepit illum gaudens. Et cu viderent oes / murmurabant dicentes: q ad hominē peccatorem diuertisset. Stās autem zacheus: dixit ad iesum. Ecce dimidiu bonorum meorum dne do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui: reddo quadruplum. Et ait iesus ad eu. Quia hodie salus huic domui facta est: eo qd et ipse sit filius abrahe. Uenit enim filius hominis querere et saluum facere: quod perierat.

Credo. Offertorium. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populu tuum qui repertus est vidi cu ingenti gaudio deus israel custodi hanc voluntatem. Secreta.

Annue dne qs precibus nostris: vt quicunq intra templi huius cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus ambitum cōtinemur plena tibi atq perfecta corporis et aie deuotione placeamus: vt du hec presentia vota reddimus ad eterna premia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominum. Cōmunio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dns in ea omnis qui petit accipit et qui querit iuenit et pulsanti aperietur. Postcōmunio.

Deus q ecclesiā tuā spōsam vocare dignatus es: vt que habebat gratiā per fidei deuotionē haberet etiā ex nomie pietatē: da vt ois hec plebs nomini tuo deseruiēs huius vocabuli cōsortio digna esse mereatur: vt in hoc templo cuius anniuersarius dedicationis dies celebratur tibi collecta: te timeat / te diligat / te sequatur: vt dum iugiter per vestigia tua gradit ad celestia promissa te ducente peruenire mereat. Per dnm nostrum iesum xpm filium tuum. Qui tecu viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

In vigilia sancti andree apostoli. Ad missā. Offm. Dns secus. ps At illi. Or. Quesumus omps deus. scda oratio de sācto Saturnino. iii. p pace ecclesie. Si ante aduentu euenerit vel pro peccatis vel alia quam precentor iniunxerit dicenda. Si infra aduentu euenerit. prima oro de vigilia. ii. de sancto saturnino. tria de adue. iiii. de dna. et. v. de oibus sāctis quocunq die euenerit preterq in dnica. Et si in dnica cantetur missa de vigilia ad altare capitulare dicu tur tres orones scz prima de vigilia scda de sancto Saturnino. iii. de oibus sanctis cu Misset Credo. sed sine sequētia et tuc ad missā de dnica due oroes scz de dnica et de dna sub vna zclusioe. In minoribus vo ecclesiis vbi vna tm celebret missa totum serui. fiat de dnica cu mēoria de sancto Saturnino et de dna et post missam fiat cōmemoratio de vigilia.

In vigilia scti ādree apli. Offm.



Dominus secus mare galilee vidit duos fratres petru et andreā: et vocauit eos / venite post me faciā vos fieri piscatores hominu. ps. At illi continuo relictis rhetibus secuti sunt eum. Oratio.

Quesumus ops deus: vt beatus andreas apostolus: tuum pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti: a cunctis periculis eruamur. Per dnm. Mēoria de sancto saturnino. Oro.

Deus qui nos beati saturnini martiris tui zcedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per. Epla. Bndictio dni. Gra. Nimis honorati. Vs. Dinu. &c. Post vsum repetat gradale nisi fuerit dnica: qz tuc dicetur Alla. Vs.

Iustus nõ ɔturbabit. sine repetitione grad. Et notandũ φ gñalit p totũ annũ qñ vigilia alicui⁹ sctĩ i dñica cõtigerit. dicet ad missã de vigilia. Glia i excelsis. et Alla. sed sine sequẽtia: qz nũφ dr sequen. ad mis. in aliqua vigi. nisi i vigi. nati. dñi si i dñica cueneř. qz maior missa ibi erit de vigilia: ⁊ tũc dicet sequẽtia ptinens ad dñicã cũ Credo. et Ite mis. est. si tẽpus pmiserit. Scdm iohãnẽ. i.

nignus et pacem. Per dnm. Secreta.

Hostias tibi domine placatio
nis offerimus: vt et delicta no
stra miseratus absoluas: et nutantia
corda tu dirigas. Per dnm. Postcō.

Presta nobis eterne saluator vt percipientes hoc munere veniam peccatorum: deinceps peccata vitemus. Per do.

¶ Contra aduersarios ecclesie. Oro.

Ecclesie tue quesumus domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis secura tibi seruiat libertate. Per. Secreta

Protege nos domine quesumus tuis misteriis seruientes: vt diuinis rebus et corpore famulemur et mente. Per dominum nostrum. Postcomio.

Quesumus domine deus noster vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. p. ¶ Pro concordia fratrum. Or.

Deus largitor pacis et amator caritatis: da seruis tuis veram cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus que nos pulsant tentationibus liberemur. Per dominum. Secreta.

Hiis sacrificiis domine quesumus concede placatus: vt qui propriis oramus absolui delictis non grauemur externis. Per dominum nostrum. Postcomio.

Libera nos domine quesumus ab omni malo propiciusque concede: vt que nobis poscimus relaxari: ipsi quoque proximis remittamus. Per dominum nostrum. ¶ Ad poscendam caritatem.

Deus qui plenitudinem mandatorum tuorum in tua proximique dilectione sanxisti: hanc nobis gratiam largire propicius: vt qui in multis offendimus tua caritas abundet in nobis per quam peccata mundantur. Per dominum. Secreta.

Deus qui nos ad ymaginem tuam sacramentis instruis et preceptis perfice gressus nostros in semitis tuis: vt caritatis donum quod fecisti a nobis sperari per hec que offerimus sacrificia facias apprehendi. Per d. Postcomio.

Deus qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris per hec sancta que sumpsimus inuiolabilem caritatis affectum: vt nulla possint temptatione inmutari desideria de tua inspiratione concepta. p. Pro itinerantibus.

Adesto domine supplicationibus nostris et viam et actus famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes huius vie et vite varietates: tuo semper protegantur auxilio. Per. Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris: et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume: et viam illorum et actus precedente gratia tua dirigas et subsequente comitare digneris: vt de actu atque incolumitate eorum secundum misericordiam tue presidia gaudeamus. Per. Postcomio

Deus qui diligentibus te misericordiam tuam semper impendis: et a te seruientibus tibi in nulla es regione longinquus: dirige viam et actus famulorum tuorum in voluntate tua vt te protectore et te preduce per iusticie semitas sine offensione gradiantur. p. ¶ Pro benefactoribus viuis

Inclina domine aures tue pietatis et exaudi preces nostras atque oculos tue maiestatis: et respice propicius super famulos tuos qui nobis largiti sunt temporalia bona: da eis domine peccatorum indulgentiam: et in operibus bonis perseuerantiam: et in regno tuo magna pro paruis: celestia pro terrenis: et pro temporalibus premia sempiterna. Per dominum. Secreta.

Suscipe quesumus domine propicius pro salute famulorum tuorum munus oblatum: et quos fecisti deuotos per elemosinam fac beatos esse per sancti muneris consecrationem. Per do. Postcomio.

Sumpsimus domine tua sancta misteria tibi gratias referentes petimus immensam clementiam tuam: vt et nobis proficiant ad medelam: et famulis tuis qui nobis suas largiti sunt elemosynas ad salutem mentis simul et corporis. Per dominum. ¶ Pro viuis. Oratio.

Pretende domine famulis et famulabus tuis dexteram celestis au

xilii vt te toto corde pquirãt: et q̃ digne postulant assequant. Per. Secreta.

PRopiciare dñe supplicationibus nr̃is: & has oblatiões famulorum famularum q̃ tuarum quas tibi p incolumitate eorũ offerimus benignus assume: & vt nullius sit irritũ votũ nullius vacua postulatio presta q̃sumus: vt quod fideliter petinus efficaciter cõsequamur. Per dñm. Postcõio.

DA famulis & famulabus tuis q̃s dñe i tua fide et sinceritate cõstantiã vt i caritate diuina firmati nullis tẽtationibus ab eius integritate vellant. Per. De oibus sctis. Oro.

COncede q̃s oñs deus: vt itercessio nos sãcte dei genitricis semp q̃ virgis marie: sãctarum q̃ oim celestiũ virtutũ & sctorum patriarcharum pphetarum / apłorum / euãgelistarum / martyrũ / confessorum / atq̃ virginũ: et oim electorum tuorum vbiq̃ letificet: vt dũ eorum merita recolimus patrocinia sẽtiamus. Per eundem. Secreta.

OBlatis dñe placare muneribus et intercedente beata dei genitrice semper q̃ virgine maria cũ omnibus sanctis tuis a cũctis nos defẽde piculis. Per eundem. Postcõio.

SUmpsimus dñe btẽ dei genitricis sẽp virgis marie & oim sctorum tuorum merita recolẽtes sacramẽta celestia: pstã q̃s vt qd tpaliter gerimus eorum precibus adiuti: eternis gaudiis cõsequamur. Per d. Cõme. icarnationis resurrectio. circunci. ascensionis et aduentus spũscti. Oratio.

COrda nr̃a q̃s dñe sãctus splendor filii tui incarnationis / natiuitatis / passionis / resurrectionis / ascẽsionis / et aduentus spiritus sancti clementi respectu illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus: et ipso ducente perueniamus ad patriam claritatis eterne. Per eundem d. In vnitate eiusdem spiri. Secreta.

IN mẽtibus nr̃is q̃s dñe vere fidei sacramẽta cõfirma: vt q̃ cõceptũ de virgine deũ verũ et hominem cõfitemur: per eiusdẽ salutifere incarnationis / natiuitatis / passiõis resurrectionis / ascensionis / et aduentus spiritus sancti potentiã ad eternam mereamur peruenire leticiam. Per eundẽ. In vnitate. Postcõio.

PResta q̃s oñs pr̃: vt q̃ filii tui dñi nr̃i iesu xp̃i icarnationis natiuitatis / passiõis / resurrectionis / ascẽsionis / et aduẽtus spũs sãcti memoriã debita veneratiõis laude colimus: ipi p eiusdẽ spũs sãcti gratiã a morte aĩe resurgamus: et in tua semp sctificatiõe viuamus. Per eũ. In vni. Pro viuis & defũctis gn̄alis oro.

OMñs sẽpitene deus qui viuorum dñaris simul & mortuorum oim q̃ misereris: quos tuos fide & ope futuros esse prenoscis: te supplicit exoramus: vt p q̃bus effundere pces decreuimus: quosq̃ vel presens adhuc seculum in carne retinet vel futurum iam exutos corpore suscepit pietatis tue clementia delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum. Secreta.

DEus cui soli cognitus est numerus electorum in supna felicitate locãdus tribue q̃s: vt vniuersorũ quos i orõne cõmẽdatos suscepimus et oim fideliũ viuorum atq̃ mortuorũ nõia beate pdestinationis liber ascripta retineat. Per dñm. Postcõio.

PUrificẽt nos q̃s oñs et misericors deus sacramẽta que sumpsimus et presta: vt hoc tuũ sacramẽtum non sit nobis reatus ad penam sed intercessio salutaris ad veniã sit ablutio scelerum / sit fortitudo fragilium / sit contra mundi pericula firmamentum: sit viuorum atq̃ mortuorum fideliũ remissio oim peccatorũ. Per dominum. Oratio generalis.

SAncte dei genitricis marie ac beatarū oīm celestiū virtutū sanctorꝫ quoqꝫ patriarcharū prophetarū/apostolorꝫ/martyrꝫ/confessorꝫ virginū/simulqꝫ oīm sanctorꝫ quesumus oīpotens deus meritis et precibus placat⁹ tribue nobis miam tuam: et da regi nostro atqꝫ regine populoqꝫ tuo iuiolabilē fidei firmitatē et pacē: repelle a nobis hostē/famē/ꝛ pestē: da nobis in tua virtute constātiam et fortitudinē: immitte hostib⁹ nostris formidinem et inualitudinē tribue omnibus nobis bona facientibus vite eterne beatitudinē: da inimicis nostris et persequentibus nos cōrecognitionem et indulgentiam: cōcede defunctis nostris et oībus ī christo quiescentibus remissionem omnium peccatorum et requiem sempiternam. Per eundem. Secreta.

IN cōspectu maiestatis tue q̄s oṗs deus itercedente dei genitrice maria ꝛ oībus sctis tuis oblationes nostre et p̄ces acceptabiles ascendant: ꝛ tua ppiciatione veniā nobis ꝛ pacē tribue: hostē ac pestem ꝛ famē a nobis repelle: fidē spē et caritatem nobis largire: defensione tua nos semper protege: hostiū nostrorū supbiā et virtutem contere: oībus nobis bona faciētibus gratie tue abūdātiam retribue: discordantes ad pacis bonum converte: defunctis nostris requiem eternam concede: et omnibus fidelibus tuis vitam eternam largire. Per eundem. Postcōmunio.

PEr huius sacramenti misteriū atqꝫ virtutē q̄s dn̄e deus nr̄ oṗs btā maria sēp virgīe et oīb⁹ sctis tuis itercedētibus viciorꝫ nr̄orū macule deleant: ꝛ p̄ces nr̄e in ꝯspectu maiestatis tue acceptabiles fueniantur: rex noster et regina populusqꝫ tuus a pctis et hostibus liberentur: ꝛ fidei rectitudine roborētur hostiū nostrorꝫ superbia ꝛ fortitudo ꝯterātur: pestilētia ꝛ fames pcul pellātur: bona nobis faciētes gr̄e tue abundātia repleant: discordātes ad fraternā pacem reuocentur: et defuncti nostri requiem consequantur: et omnes fideles tui dn̄e vitā adipisci mereantur. Per dn̄m. Oratio generalis.

PIetate tua q̄s dn̄e de⁹ nr̄orū solue vicula oīm delictorū et btē dei genitricis et ꝑpetue virginis marie: sctārū quoqꝫ oīm celestiū virtutū: ꝛ sctorꝫ patriarcharꝫ ꝓphetarū apl̄orꝫ euāgelistarꝫ martyrꝫ cōfessorꝫ atqꝫ virginū: ꝛ oīm sanctorꝫ tuorꝫ intercessione regē nr̄m. N. ꝛ exercitum ei⁹: necnō ꝛ archiepm nr̄m. N. seu cōgregationē illi cōmissā: et nos famulos tuos atqꝫ locū nr̄m in oī sāctitate custodi: oēsqꝫ affinitate ꝛ cōfessione vel familiaritate nobis iūctos seu oēs xp̄ianos a viciis oībus purga: virtutibus illustra: pacē et salutē nobis tribue: hostes visibiles et iuisibiles remoue: carnalia desideria extingue: famē ꝛ pestē repelle: amicis ꝛ inimicis nr̄is verā caritatē largire et oībus fidelib⁹ viuis ac defūctis in terra viuentiū vitam ꝛ requiē eternam concede. Per eundem. Secreta.

DEus q̄ per singularem vnici filii tui corporis hostiā toti⁹ mūdi soluisti delicta: hac oblatiōe beate eiusdē dei genitricis sempqꝫ virginis marie oīmqꝫ sāctorꝫ itercessione placatus maculas scelerꝫ nostrorꝫ absterge et oīm xp̄ianorū fideliū seu familiariū nr̄orꝫ viuorꝫ atqꝫ mortuorū pctā dimitte: eisqꝫ premia eterna concede. Per eundem. Postcōio.

SUmpta sacramēta q̄s dn̄e celestia oīa crimina nr̄a detergāt oēmqꝫ prauitatē ꝛ ifirmitatē seu etiā hostilē īpugnationē visibilē ꝛ inuisibilē atqꝫ subitā mortē merit(s) btē dei genitricis sēpqꝫ virgīs marie: et

om̄ sanctoꝝ a nobis ꝑcul repellāt: et om̄ibus fidelibꝰ xp̄ianis seu etiā cunctis familiaribꝰ nr̄is viuis ac defunctis ꝓsint ad veniā ꝑ quoꝝ quarūcūq; tibi sūt oblata salute. Per eūdē dn̄m nr̄m iesū. Qui tecū viuit et regnat.

¶ Missa pro defunctis. Officium.



Requiem eternam dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orōnē meam ad te omnis caro veniet. Oratio.

Inclina dn̄e aurē tuā ad p̄ces nostras q̄bus mīam tuā supplices dep̄canur vt aīam famuli tui quā de hoc sc̄lo migrare iussisti: i pacis ac lucis regiōe ꝯstituas: et sāctoꝝ tuoꝝ iubeas esse cōsortem. Per dn̄m nostrū. ¶ Pro corpore p̄senti dicitur ista epystola. Lec. lib. machabeoꝝ.

In diebus illis: Uir fortissimꝰ iudas collatiōe facta duodecim milia dragmas argēti misit hierosolimā offerri ea ibi ꝑ pc̄tis mortuoꝝ: iuste ⁊ religiose de resurrectione cogitās. Nisi eni eos q̄ ceciderāt resurrecturos speraret: sup̄fluū videreť ⁊ vanū orare pro mortuis. Et q2 ꝯsiderabat q̄ hi q̄ cū pietate dormitionē acceperāt: optimā haberent repositam gratiā. Sācta ergo ⁊ salubris est cogitatio ꝑ defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. Grad. Requiem eternam dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis. ℣. Absolue domine animas eorum ab omni vinculo delictorum. Tractus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣sus. Fiant aures tue intendentes: i orationem serui tui. ℣sus. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. ℣sus. Quia apud te propiciatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te domine. ¶ Pro corpore presenti dicatur istud euangelium. Secundum iohānem.

In illo tp̄e: Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic: frater meꝰ nō fuisset mortuꝰ. Sed et nunc scio: q2 q̄cunq; poposceris a deo dabit tibi deꝰ. Dixit illi iesus. Resurget frater tuꝰ. Dixit ei martha. Scio q2 resurget i resurrectione: i nouissimo die. Dixit ei iesꝰ. Ego sū resurrectio ⁊ vita. Qui credit i me etiā si mortuus fuerit viuet. Et oīs q̄ viuit ⁊ credit in me: nō morieť ieternū. Credis hoc? Ait illi. Utiq; dn̄e ego credidi q2 tu es xp̄s filius dei: q̄ in hūc mundū venisti. Offer. Dn̄e iesu xp̄e rex glorie libera aīas oīm fideliū defunctoꝝ de manu inferni et de ꝓfundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarꝰ ne cadant in obscura tenebrarū loca sed signifer sanctꝰ michael representet eas in lucē sanctā quā olim abrahe promisisti et semini eius.

Sacerdos ad altare incipiat. ℣. Hostias et p̄ces tibi dn̄e offerimꝰ. Tu suscipe ꝓ aīabus illis quaꝝ hodie memoriā agimꝰ. fac eas dn̄e de morte trāsire ad vitā. Quā olim abrahe. Nunq̄ cantatur. O pie. pro corpore presenti sed anniuersariis obitus tantū cum regimine chori.

O pie deus qui primum hoīem ad eternā gloriā reuocasti: pastor bone q̄ ouē ꝑditā pio hūero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorum quos redemisti ne tradas bestiis animas confitentes tibi: ne derelinquas eas in finem. Secreta.

Absolue q̄s dn̄e animā famuli tui ab oī vinculo delictoꝝ: vt i resurrectiōis glia īter sc̄tos ⁊ electos tuos resuscitatꝰ respiret. Per d. Cōio. Lux eterna luceat eis dn̄e cum sanctis tuis ineternum q2 pius es. ℣. Requiem eternam dona eis dn̄e et lux perpetua luceat eis. Cū sanctis. Postcōmunio.

Annue nob̄ dn̄e vt aīa famuli tui remissionē quā sēp optauit mereatur percipere peccatorū. Per dn̄m. ¶ Ista ep̄la dicať tantū i

die animarum. Ad thessalonicenses.

FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentum domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem: in verbis istis. In christo iesu: domino nostro. ¶ In tempore pascha. dicitur ista epistola in obitu. Ad corinthios.

FRatres: Christus resurrexit a mortuis: primitie dormientium. Quoniamquidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisque autem: in suo ordine. Per iesum christum: dominum nostrum. ¶ In obitibus epistola. Lectio libri apoca. beati iohannis apostoli.

IN diebus illis: Audiui vocem de celo dicentem michi. Scribe. Beati mortui: qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum: sequuntur illos. ¶ Pro famulo vel famula dicitur hoc euangelium. Secundum iohannem.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiiciam foras. Quia descendi de celo non vt faciam voluntatem meam/ sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi pater non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.

¶ In commemoratione generali dicitur istud euangelium. Secundum iohannem.

IN illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui me misit: habet vitam eternam. Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est: quando mortui audient vocem filii dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt: audient vocem eius. Et procedent qui bona fecerunt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionem iudicii. ¶ In obitibus pro sacerdote. Secundum iohannem.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis/ nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. ¶ In commemorationibus generalibus. Secundum iohannem.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quemquam: sed iudicium omne dedit filio vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam. Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam.

¶ In obitib⁹ p epo. Scdm iohãnẽ.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Ego sũ panis viuus q̃ de celo descẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane: viuet i eternũ. Et panis quem ego dabo caro mea est / p mũdi vita. Litigabãt ergo iudei ad inuicem: dicẽtes. Quõ hic potest carnem suã nobis dare ad mãducãdũ: Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis / nisi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs ꝫ biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meã carnem ꝫ bibit meũ sanguinem: habet vitam eternã. Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die.

¶ Pro anniuersario defunctoꝝ. or.

Presta q̃s domine vt aĩa famuli tui cui⁹ anniuersariũ depositiõis diẽ recolim⁹ oĩm purgata cõtagiis pctõꝝ indulgentiã pariter et requiẽ capiat sẽpiternã. Per. Secr.

Propiciare supplicatiõib⁹ nostris dñe p aĩa famuli tui cuius hodie ãnua dies agitur pro qua tibi offerimus laud[illegible]s hostiã: vt eum sanctorum tuoꝝ consortio sociare digneris. Per dñm. Postcommunio.

Suscipe dñe preces nr̃as p aĩa famuli tui cui⁹ anniuersariũ depositiõis diẽ celebram⁹ vt si que ei macule de terrenis contagiis adheserunt: remissionis tue mĩa deleantur. Per dñm. ¶ Pro epo defũcto. Oro.

Deus q̃ inter apostolicos sacerdotes famulũ tuũ pontificali dignitate cẽseri fecisti presta q̃s: vt quoꝝ vicẽ gerebat in terris: eoꝝ ppetuo ꝯsortio letet in celis. Per. Secr.

Suscipe q̃s dñe pro aĩa famuli tui epi quas offerim⁹ hostias: vt cui põtificale donasti meritũ: dones ꝫ pmiũ. Per dñm. Postcõio.

Propiciare dñe supplicationibus nostris: et aĩam famuli tui epi in regione viuoꝝ eternis gaudiis iubeas sociari. p. ¶ Pro episcopis et sacerdotib⁹ defunctis. Oratio.

Concede q̃s ops deus aĩabus famuloꝝ et episcopoꝝ et sacerdotũ tuoꝝ felicitatis eterne cõsortium: quib⁹ donasti sacri altaris tui cõsequi ministeriũ. Per dñm. Secr.

Munera tibi dñe dicanda sanctifica: et aĩas famuloꝝ epo rum ac sacerdotum tuoꝝ: per hec ab omni labe humane conditionis absolue: quibus totius mundi diluisti peccata. Per dñm. Postcommunio

Quesumus omps de⁹: vt aĩe famuloꝝ episcopoꝝ ac sacerdotũ tuoꝝ: celestis gratie premia cõsequant: quib⁹ spũalis glĩe munera ꝯtulisti. p. Pro sacerdote defũcto or.

Omps sẽpiterne de⁹ cui nũq̃ sine spe mĩe supplicat ppiciare anime famuli tui sacerdotis: vt q̃ de hac vita in tui nominis confessione decessit: sanctoꝝ tuoꝝ numero facias aggregari. Per dominũ. Secr.

Propiciare dñe anime famuli tui sacerdotis: pro qua tibi hostias placationis offerimus: et q in hac luce in fide mãsit catholica: in futura vita ei retributio condonetur eterna. Per dominũ. Postcõmunio

Presta q̃sumus omnipotens deus: vt animã famuli tui sacerdotis ab angelis lucis susceptam in preparata habitacula deduci facias beatoꝝ. Per dñm. Pro femina.

Quesum⁹ domine pro tua pietate miserere aĩe famule tue: et a cõtagiis mortalitatis exutam in eterne saluationis partem restitue. Per dominum nostrum. Secreta.

His sacrificiis dñe aĩa famule tue a peccatis omnibus exuatur: sine quib⁹ a culpa nemo liber extitit: et p hec pie placatiõis officia presta vt perpetuam misericordiam cõsequatur. Per dñm. Postcõmunio.

Inueniat qs dñe anima famu-
le tue lucis eterne cōsortiū cuius
ppetue mie cōsecuta est sacramentū.
Per d. Pro patrib⁹ et matrib⁹. Orō
Deus qui nos patrem et ma-
trem honorare precepisti mi-
serere clemēter aiabus patrum et ma
trū nostrorum eorumqz oia pctā dimitte:
nosqz eos in eterne claritatis fac gau
dio viuere. Per dominum. Secreta.
Suscipe sacrificiū dñe quod ti
bi pro aiab⁹ patrū et matrum
nrorum offertur eisqz gaudiū sempiter
nū i regiōe viuētiū ɔcede: nosqz felici
tati eorum cōiūge. Per dñm. Postcōio.
Celestis participatio dñe sa-
cramēti aiabus patrū et ma-
trū nrorum requiē obtineat sēpitnam:
nosqz cū illis gra tua coronet eterna
Per d. Pro fratrib⁹ et sororib⁹. Orō
Deus venie largitor et huma
ne salutis amator qs imēsā
clemētiā tuā: vt nre ɔgregatiōis fra
tres et sorores q ex hoc seculo transie-
rūt beata maria semp virgine et bea
to petro aplo tuo itercedēte cū oībus
sāctis tuis ad ppetue btitudinis con
sortiū puenire cōcedas. p. Secreta.
De⁹ cui⁹ mie nō est numerus
suscipe ppici⁹ pces hūilitatis
nre et aiab⁹ qbus tui nois dedisti cō-
fessionē: p hec sacramēta salutis nre
cūctorum tribue remissionē peccatorū.
Per dñm. Qui tecū. Postcōmunio.
Presta qs misericors deus: vt
aie p quib⁹ hoc sacrificiū lau
dis tue obtulim⁹ maiestati: p huius
virtutē sacramēti a peccatis oīb⁹ ex-
piate lucis perpetue: te miserante reci
piāt beatitudinem. Per dominum.
Pro qescentibus i cimiterio. Or.
Deus i cuius miseratiōe aie fi
deliū reqescunt famulis et fa-
mulabus tuis oīb⁹ hic et vbiqz i xpo
quiescentibus: da propicius veniam
peccatorum: vt a cunctis reatib⁹ ab-
soluti tecum sine fine letētur. Per eū-
dem dñm nostrū iesum. Secreta.
Pro aiabus famulorum famula
rūqz tuarum oīm catholicorum
hic et vbiqz dormientiū hostiam do-
mine suscipe benignus oblatam: vt
hoc sacrificio singulari vinculis hor
rende mortis exute: vitam mereātur
eternam. Per dñm. Postcōmunio.
Deus fideliū lumē aiarū ade-
sto supplicatiōib⁹ nris: et da
famulis et famulabus tuis quorum cor
pora hic et vbiqz in christo reqescunt
refrigerii sedem/quietis beatitudinis
luminis claritatem. Per dñm nrm.
Pro bnfactorib⁹ defunctis. Orō.
Miserere qs dñe aiab⁹ oīm be
nefactorum nostrorū defuncto
rum: et de bnficiis q nobis largiti sūt
in terris premia eterna consequātur
in celis. Per dominum. Secreta.
Suscipe dñe hec munera q pro
aiab⁹ oīm bnfactorū nostro-
rum reqescentium imolamus: et pro
beneficiis eorū quibus sustentamur
da eis retributionem in regno celo-
rum. Per dñm. Postcommunio.
Sumpta dñe sacramēta nos
a vīculis absoluāt peccatorū
et aiabus oīm benefactorū nostrorū
defunctorum consortia obtineāt spi-
rituum beatorum. Per dñm nostrū
Pro oīb⁹ fidelib⁹ defūctis. Orō.
Fideliū de⁹ oīm cōditor et re-
dēptor aiabus famulorū fa-
mularūqz tuarū remissionem cūcto
rum tribue peccatorum: vt indulgē-
tiam quam semper optauerunt: pi-
is supplicationibus consequantur.
Qui viuis et regnas. Secreta.
Hostias qs dñe quas tibi pro
aiabus famulorū famularū
qz tuarū offerimus propiciatus iten
de: vt quibus fidei christiane meritū
contulisti dones et premium. Per do
minum nostrum. Postcommunio.

Animabus qs dñe famulorum famularumque tuarum oratio pficiat supplicantium: vt eas et a peccatis oibus exuas et tue redẽptiõis facias esse participes. Qui viuis et regnas.

¶ Pro his quibus tenetur defunct⁹.

Concede qs dñe de⁹ nr: vt aie quorum quarumque cõmemorationem speciali deuotiõe agimus et pro qbus exorare iussi ⁊ debitores sum⁹: atque oim cõsanguineorum ac familiarium nostrorum cunctorumque fideliũ i sinibus sanctorum tuorũ requiescant morque ex mortuis resuscitati tibi placeãt in regione viuorum. Per do. Secreta.

Hec munera qsumus dñe que oculis tue maiestatis offerimus aiab⁹ famulorum famularumque tuarum quorum quarumque cõmemorationẽ speciali deuotione agimus: et p quibus orare iussi ⁊ debitores sumus: atque oim consanguineorum ac familiarium nostrorum cunctorumque fidelium salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrende mortis exute eterne beatitudinis mereantur esse participes. Per dominum. Postcõio.

Deus q inestimabili mia animas mortaliũ ab angustiis trãsfers ad requiẽ: ppiciare supplicãtibus nobis p aiab⁹ famulorum famulariũque tuarum quorum quarumque mẽoriam specialitatis affectu agimus ⁊ p quibus exorare iussi et debitores sumus atque oim cõsanguineorum ac familiarium nrorum cũctorumque fideliũ: vt eos paradiso restituẽs i tuorũ censeas sorte iustorũ. Per d. ¶ Modus celebrãdi trẽtale p aia alicui⁹ videlicet. Tres missas de annũciatione beate marie virginis. Tres de natiuitate domini. Tres de apparitiõe. scz de epiphania. Tres de purificatione btẽ marie virginis. tres de resurrectiõe. tres de ascẽsione dñi: tres de pẽtheco. tres de sancta trinitate. tres de assumptione beate marie virgĩs. et tres de natiuitate eiusdẽ. Ita vt misse celebrent infra octa. dictorum festorum. Et semp officium erit sicut in prima die cũ sequentibus orationibus. scilicet. Deus qui es nostra redẽptio. Secreta. Omnipotens sempiterne deus. Postcõio. Deus cuius mie. et orationes que sequuntur in fine narrationis hui⁹ dicãtur quotidie per annum de celebrãtẽ vel faciẽte celebrari. Papa vo hoc admisit sub cõditione vt anno reuoluto reuelaret ei statum suũ quod illa concessit: ⁊ statim euanuit. post anni vero reuolutionẽ cũ papa ad missam staret circa eum lumen apparuit ieffabile. Quo viso: stupefactus vidit duos ãgelos de celo descẽdentes: et iter eos pulcherrimã dñam ducentes quẽ credidit esse matrẽ misericordie: et genu flexo osculari pedes eius cupiebat ⁊ dixit. Regina mie miserere aie matris mee. Que respõdit. O fili carissime: ego sum mater tua precibus tuis saluata. Benedicta sit illa hora qua te generaui. Et sic ab oculis eius euanuit. Oratio.

Deus q es nra redemptio ⁊ in terra pmissiõis ante oẽs terras nasci elegisti: mortẽque ibidẽ sustinuisti: libera ppici⁹ aiam famuli tui N. de manib⁹ demonũ: et eãdẽ terrã de potestate paganorum vt ppls q in te nõ credit p virtutẽ tuã habeat emendationẽ et illis oibus qui in te ɀfidũt p tua magna pietate succurre. Qui viuis et regnas cũ deo pa. Secreta.

Omps sempitne deus redemptor aiarum saluandarum et preciũ redẽptionis totius generis humani miserere clement aie famuli tui. N. et quicquid viciorũ fallente dyabolo et ppria iniquitate contraxit: tu pius et misericors abluas indulgendo ⁊ terram quã sãguine pprio dedicasti de manib⁹ inimicorum p virtutẽ sãcte cru-

cis eripias: vota filiorum israel ad e-
ius liberationem instātiū: in viā sa-
lutis eterne misericorditer dirigendo
Qui viuis et regnas. Postcōio.

DEus cui⁹ mīe nō est numer⁹
cui soli cōpetit medicinā pre-
stare post mortē q̄ es vita viuētium
spes moriētiū: et salus oīm in te spe-
rantiū: q̄ terrā hereditatis tue p pec-
cata filiorꝫ esau pollutā precioso san-
guine tuo ꝯsecrare dignat⁹ es: tu ani
mā famuli tui. N. p hui⁹ virtutē sa-
cramēti a pctīs oīb⁹ exuas: et a penis
quas p his meret eripias: ⁊ ppłm in
credulū ac rebellē p gratiā tuā facias
tibi peculiarē: illisqꝫ oīb⁹ q̄ in tua pie
tate et mīa confidunt manum auxi-
lii tui piissime largiendo. Qui viuis
et regnas cū deo patre. ¶Rubrica.

ORdo ad faciēdū spōsalia. Sta
tuātur vir ⁊ mulier ante ostiū
ecclesie coram deo ⁊ sacerdote ⁊ ppłō.
vir a dextris mulieris ⁊ mulier a sini
stris viri. Tūc sacerdos iterroget bā
na: ⁊ postea dicat. Admoneo vos oēs
vt si qs ex vobꝫ est q̄ alid. ⁊c. vt i alio
libro. Finitis orationib⁹ predictis in
troductisqꝫ illis inter clerum ⁊ altare
ex parte ecclesie australi: ⁊ statuta mu
liere ad dexteram viri incipiatur mis
sa solenniter de trinitate. Officium.

BEnedicta sit sancta trini
tas atqꝫ indiuisa vnitas
cōfitebimur ei qꝛ fecit no
biscum mīam suam. Ps.
Benedicamus patrem et filium: cū sancto
spiritu. Gloria in excelsis deo. Orō.

OMps sempiterne deus q̄ dedisti
famulis tuis in ꝯfessione vere
fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere
et i potētia maiestatis adorare vnita
tē: qs vt eiusdē fidei firmitate ab om
nibus semper muniamur aduersis.
Alia oratio sub eadem conclusione.

EXaudi nos oīps et misericors
de⁹: vt qd̄ nr̄o ministrat offi-
cio tua semp benedictione potius im
pleatur. Per dnm. Ad romanos.

FRatres: Nescitis q̄m corpora
vr̄a mēbra sūt xp̄i. Tollens
ergo mēbra xp̄i: faciēs mēbra mere-
tricis. Absit. Aut nescitis q̄m q̄ adhe
ret meretrici vnū corp⁹ efficit? Erūt
ĩquit duo: in carne vna. Qui aūt ad-
heret deo: vnus spūs est. Fugite for-
nicationē. Omne pctm̄ quodcūqꝫ fe
cerit homo: extra corpus est. Qui au
tem fornicatur: in corpus suū peccat.
An nescitis q̄m corpora vestra tēplū
sunt spiritus sancti q̄ i vobis est quē
habetis a deo: ⁊ non estis vestri? Em
pti enī estis p̄cio magno: glorificate
et portate deū i corpore vestro. Grad
Bndictus es dne q̄ intueris abyssos et se-
des super cherubin. V⁹. Bndicite deū celi
qꝛ fecit nobiscū mīam suam. Alleluya. V⁹
Benedictus es dne deus patrū nostrorū:
et laudabilis in secula. S. iohannem.

IN illo tēpore: Respondens io
hannes: dixit. Non potest ho
mo accipere quicq̄: nisi datū fuerit ei
de celo. Ipsi vos testimoniū phibetꝫ
qd̄ dixeri ego nō sum xp̄s: sed qꝛ mis
sus sum ante illū. Qui habet sponsā
spōsus est. Amicus aūt spōsi q̄ stat ⁊
audit eū: gaudio gaudet propter vo
cem spōsi. Hoc ergo gaudiū meū im
pletum est: vt et gaudiū vestrum im
pleatur. Credo. Offertoriū. Benedi
ctus sit deus pater vnigenitusqꝫ dei filius
sanctus quoqꝫ spiritus quia fecit nobiscū
misericordiam suam. Secreta.

SAnctifica qs dne de⁹ nr̄ p tui
scti nois inuocationē et p vni-
geniti tui virtutē hui⁹ oblatiōis ho-
stiā: ⁊ coopante spūscto p eā nosmet
ipsos tibi perfice munus eternum.
Aliud secretū sub eadē conclusione.

SUscipe qs dne p sacra conu-
bii lege mun⁹ oblatū: et cui⁹
largitor es opis esto dispositor scītā
tis. Per do. Prefa. Qui cū vnigeni.

et cetera vsq3 post Da ppicius pacem.
Per eūdē. Hic sacerdos faciat fractio
nē eucaristie more solito & dicat. Per
omnia secula seculorū. Postea dimit
tat fractiōes supra patenam et calice
corporalibus cooperto vertat se sacer-
dos ad sponsum et sponsam et dicat
super eos orationes sequētes illis ge
nuflectētibus sub palio super eos ex-
tento quod teneant duo clerici in sup
pelliciis. Notandum est q si vir aut
mulier vna vice sint bñdicti non de-
bent iterum a sacerdote bñdici. eorū
bñdictio non debet iterari: qr caro be
nedicta trahit ad se carnē non benedi
ctam. Et in titulo de secundis nupti-
is inhibitū est et p decretū ne benedi-
ctio detur i secundis nuptiis. Sed si
forsan alter eorum vel ambo ad secū
das nuptias transeuntes in primis
benedicti non fuerint: danda erit eis
benedictio in secundis. Oratio.

Propiciare dñe supplicationi
bus nostris: et institutis tu-
is quibus propagationem humani
generis ordinasti benignus assiste:
vt quod te auctore iungitur: te auxi-
liante seruetur. Per christum domi-
num nostrū. Amen. Oremus Oro.

Deus qui potestate virtutis
tue de nichilo cūcta fecisti qui
dispositis vniuersitatis exordiis ho-
mini ad ymaginē dei facto: ideo inse
parabile mulieris adiutoriū condidi
sti: vt femineo corpori de virili dares
carne principiū docēs qd vno placu
isset institui nunq liceret disiūgi. De
us q tam excellēti misterio cōiugalē
copulā cōsecrasti: vt xpi et ecclesie sa-
cramentū presignares in federe nup
tiarū. Deus per quē mulier iūgitur
viro et societas principaliter ordina-
ta ea benedictione donatur: que sola
nec p originalis peccati penā: nec per
diluuii est ablata sententiam: respice
propicius super hanc famulā tuam
que maritali iungenda est consortio
tua se expetit protectiōe muniri. Sit
in ea iugū dilectionis et pacis: fidelis
et casta nubat in christo: imitatrixq3
sanctarum permaneat feminarum.
Sit amabilis vt rachel viro: sapiēs
vt rebecca: lōgeua et fidelis vt sarra.
Nichil i ea ex actibus suis ille auctor
preuaricationis vsurpet: nexa fidei q
mandatis pmaneatq3 vni thoro iū-
cta contactus illicitos fugiat: muni-
at ifirmitatem suam robore discipli-
ne. Sit verecūdia grauis/pudore ve
nerabilis: celestibus doctrinis erudi
ta. Sit fecunda in sobole: sit probata
et innocens: et ad beatorum requiem
atq3 ad celestia regna perueniat: et vi
deat filios filiorum suorum vsq3 in ter-
ciam et quartā progeniem: et ad op-
tatam perueniat senectutē. Per chri-
stum dominum nostrum. Amen.

¶ Tunc sacerdos cōuersus ad alta-
re sumat fractiones eucaristie in ma
nibus & dicat. Pax domini sit semper
vobiscum & cetera. Agnus dei & cetera
Secundum consuetudinē ecclesiarū
parrochialiū statim post Agnus dei.
surgāt ab oratione sponsus et spōsa
et accipiat spōsus pacem a sacerdote
et ferat spōse: osculans eā et neminē
aliū: nec ipse nec ipsa: sed clericus sta-
tim a presbytero pacē accipiat & ferat
aliis sicut solitū est. Cōmunio. Bene
dicimus deū celi et coram omnibus viuē-
tibus confitebimur ei quia fecit nobiscum
misericordiam suam. Postcommunio.

Proficiat nobis ad salutē aīe
et corporis dñe deus huius sa-
cramēti susceptio: et sēpiterne scte tri
nitatis eiusdēq3 idiuidue vnitat cō-
fessio. Aliud sub eadem cōclusione.

Quesumus omnipotens de-
us instituta prouidentie tue
pio amore comitare: vt quos legiti-
ma societate connectis longeua pa-
ce custodias. Per dominū nostrum.

¶ Propter solẽnitatẽ hui⁹ sacramẽ
ti dat sacerdos bñdictionẽ cũ calice si
placet. Et deposita casula ãteq̃ exeãt
dicat sacerdos sup eos hãc orationẽ.
Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater oĩs eter-
ne de⁹: te supplices exoram⁹ /
vt coniunctionẽ famulorũ tuorũ tua
benedictione fouere digneris propi-
cius ab eis q̃s oĩs deus inimici insi-
die auertãtur et sanctitatem etiam in
ipso coniugio imitentur qui tua pro
uidentia coniugi meruerũt. Per chri-
stum dñm nostrum Amen. ¶ Bene
dictio thalami imprimis dicat sacer-
dos Dñs vobiscum. Oremus. Or.

Benedic domine thalamum
hunc et omnes habitantes in
eo: vt in tua pace consistant et in tua
voluntate pmaneãt et in amore tuo
viuant et senescant: et multiplicẽtur
in longitudinem dierum. Per chri-
stum dñm nostrum. Amen. Deinde
aspergatur thalamus aqua benedi-
cta et dicatur Asperges me dñe. ps.
Miserere mei deus: scdm. ℣. Et secũdum
multitudinem miserationũ tuarum. ℣ s⁹.
Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã. Or.

Exaudi nos domine sancte pa
ter omnipotens eterne deus.
& cetera. Alia oratio. Benedicat nos
deus pater et filius et spiritus sãctus
qui trinus est in numero et vnus est
in nomine amen. ¶ Benedictio sa-
lis et aque in dominicis diebus fiat
hoc modo. Adiutorium nostrum in no-
mine domini. Qui fecit celum et terram.
Sit nomẽ dñi bñdictũ. Ex hoc nũc et vsq
in seculũ. sine Orem⁹ Bñdictio salis.

Exorciso te creatura salis p de-
um ✠ viuum: per deum ✠
verum: per deum ✠ sanctum per de
um qui te per heliseum prophetam i
aquam mitti iussit vt sanaretur steri
litas aque: vt et efficiaris sal exorciza
tus in salutẽ credẽtiũ: et sis oĩb⁹ te su
mentibus sanitas aĩe & corporis et ef
fugiat atq; discedat ab eo loco quo as
persus fueris oĩs fantasia & nequitia
vel versutia dyabolice fraudis: om-
nisq; spiritus immundus adiurat⁹.
per eum qui venturus est iudicare vi
uos et mortuos et seculum per ignẽ.
Amen. Oremus. Oratio.

Immẽsam clementiam tuam
omnipotens eterne deus hu-
militer imploramus: vt hanc crea-
turam salis quam in vsum huma-
no generi tribuisti benedi ✠ cere et
sanctificare tua pietate digneris: vt
sit omnibus sumentibus salus men-
tis et corporis et quicquid ex eo tactũ
vel respersum fuerit / careat omni im
mundicia: omniq; impugnatione spi
ritualis nequitie. Per xpm do. nrm.
¶ Benedictio aque. sine Orem⁹. or.

Exorciso te creatura aque i no-
mine dei ✠ pris oĩpotẽtis: et
in noĩe iesu ✠ xpi filii ei⁹ dñi nostri:
et i virtute spiritus sancti ✠ vt fias
aqua exorcizata ad effugãdã omnẽ
potestatem inimici & ipsum inimicũ
eradicare et explantare valeas cum
angelis suis apostaticis. per virtutẽ
eiusdẽ dñi nostri iesu xpi: qui vẽtur⁹
est iudicare viuos et mortuos et secu
lum per ignẽ. amẽ. Oremus. Oro.

Deus q̃ ad salutẽ humani ge-
neris maxima q̃q; sacramẽ-
ta i aquarũ substãtia cõdidisti: adesto
ppici⁹ inuocationib⁹ nr̃is: & clemen
to huic multimodis purificationib⁹
preparato virtutem tue benedictiõis
✠ infunde: vt creatura tua misteri-
is tuis tibi seruiens: ad abiiciendos
demones morbosq; pellẽdos diuine
gratie sumat effectum: vt quicqd in
domibus vel in locis fideliũ hec vn-
da resperserit: careat omni imũdicia
liberetur a noxa: non illic resideat spi
ritus pestilens non aura corrũpens.
Discedant omnes insidie latentis

inimici: et si quid est quod aut incolu mitati habitãtium inuidet aut quieti aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis expedita: ab omnib' sit impugnationibus defensa. Per christum dñm nostrum. Amen.

¶ Deinde fiat cõmixtio salis et aque per manum sacerdotis in modũ crucis dicẽdo submissa voce. Commix ✠ tio salis et aque pariter fiat. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor: et insuperabilis imperii rex: ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuiciã superas: qui hostiles nequitias potens expugnas: te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus: vt hãc creaturam salis et aque di ✠ gnãter accipias: beni ✠ gnius illustres: pie ✠ tatis tue more sanctifices: vt vbicunqꝫ fuerit aspsa per inuocationẽ sancti tui nominis omnis infestatio immundi spirit' abiciatur: terrorqꝫ venenosi serpentis ꝑcul pellatur: et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbiqꝫ adesse dignetur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. In vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

¶ Fiat aspersio aque.



Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me: et super niuem dealbabor. Psalm' Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Asperges me. Vsus. Et secũdum multitudinem miserationũ tuarum. Dele iniquitatem meã. Asperges me dñe. Gloria patri et filio. Asperges me dñe. Post aspersionem aque versus sacerdotalis. Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et salutare tuũ da nobis. Deinde dicitur oratio sine Dominus vobiscum. Sed tantum cum Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus: et mittere dignare sanctum angelũ tuum de celis qui custodiat foueat ꝓtegat/ visitet/ et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ In tempore paschali pro aspersione aque benedicte.



Vidi aquam egredientem de tẽplo a latere dextro alleluya: et oẽs ad quos peruenit aqua ista salui facti sunt et dicunt alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bon': quoniam in seculum misericordia eius. Vsus Ostende nobis dñe. Oratio. Exaudi nos dñe sancte pater oĩpotens. etc. vt s.

¶ Benedictio generalis cũ calice et corporalib' plicatis post missam dicetur oĩbus festis duplicibus per annũ hoc modo. Adiutorium nostrum in nomine dñi. Qui fecit celũ et terram. Sit nomen dñi benedictum. Ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Benedictio.

Benedicat vos diuina maiestas et vna deitas: pater et filius ✠ et spiritus sanctus.

¶ Benedictio panis in diebus dominicis hoc modo.

Benedicite: dominus. Benedic domine istam creaturam panis sicut benedixisti quinqꝫ panes in deserto: vt omnes ex eo gustantes tam corporis ꝙ anime recipiant sanitatem. In nomĩe patris et filii et spiritus sancti. Amen.

¶ In festo vnius siue plurimorum apostolorum. ¶ Sequentia.

Clare sctōꝝ senatus apl'oꝝ princeps orbis terrarū rector ꝗ regnoꝝ. Ecclesiaꝝ mores ⁊ vitam moderare. Que p doctrinā tuā fideles sūt vbiqꝫ. Anthiochus ⁊ romꝰ cōcedūt tibi petre regni soliū. Tirannidem tu paule: alexādrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathei agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestitisti candido. Thoma bartholomee iohannes philippe simō: iacobiqꝫ pariles. Andrea thadee: dei bellatores incliti. En vos oriēs ⁊ occidens immo teres mundi circulꝰ se patres habere gaudent ⁊ expectant iudices. Et idcirco mundus oīs laudes vobis ⁊ honores sanctis debitos supplex impendit. ¶ Item alia.

Alleluya nūc decātet vniuersalis eccl'ia. Extollēdo laude celsā apl'oꝝ insignia. Quoꝝ princeps p crucē scādit petrus alta post sydera Doctor orbis triūphat sub nerone: vrbe i romulia. Crux ādree digna cōfert pmia. Jacobꝰ vterqꝫ nitet laurea Herodes illū hūc iudaica gens transmittit ad ethera. Sūt iohāni sūt matheo collata. Duo clara grāꝝ munera. Hirtacꝰ illū necat hūc suas iesꝰ vocat ad epulas. Philippꝰ xpi grā: docēs predicat i sythia. Thomas cōfossus lācea cursū cōsūmat in idia. Symō ⁊ iudas dn̄i sacra persis ostēdunt monita. Fusus sāguis ambos stola perornauit purpurea Bartholomeꝰ dat indis vite dogmata. Mathie culmina dedit sors apostolica. Plaudat ergo tellus plaudat celorū machina: et hac die sacra plaudat presēs familia. Honorando sacrosancta apostolorū merita. Hi sūt cādelabra ante deum lucētia. Jā prelati celsa summi regis in curia. Hi sal terre hi lux mundi hi clara celi luminaria. O quanta ꝙ preclara ꝙ iocūda celebratur hac mēsa cōuiuia. Jā palma iā corona iam promissa olim mēsa illis est apposita. His nr̄a sint solemnia. Sint vota sint pconia. Sint grata laudū carmina. ¶ Item de apostolis. Sequētia.

In solēni memoria apl'oꝝ principis. Hic laudis armonia letis resonet cāticis. Veneremur simul pari digniū laude venerari apostoliū gētiū. Et quos amor vna iunxit: nec mors ipsa post disiūxit iūgat ⁊ preconiū. Hoꝝ laus est qd̄ destructa romane potētie ydolatria. Jā fūdata ⁊ firmata ibidē orbē gubernat eccl'a. Fide petri fūdamētū pauli tenet firmamētum dogmate eccl'a. Clauis huic potētie illi cessit scientie: iūcta ad officia. Petro namqꝫ sub pastore gratulat ⁊ rectore iter fluctꝰ seculi. Pauli viget ex doctrina vite sumpta medicina grex fidelis ppl'i. Iste verbo instruxit ille celū aperuit verbo vite credulis. Et qd̄ vnꝰ predicat alter verū cōprobat crebris hoc miraculis. Hic iudeos ille gētes: viā vite nesciētes ad salutē cōuocat. Ambo presunt cōuocatis ambo certāt desolatis hostis ne pualeat. Cōtra sūme potētie consurgūt imperiū. Unus crucis alter ensis perpessus suppliciū. Sicqꝫ vna vrbe morte vna die passi sortem ad iustorū transmeant. Qui malorū nos exortes: sua prece et consortes: beatorū faciant. ¶ Itē de aposto. Sequētia.

Hac i die recolatur sūma cū leticia. Scti petri atqꝫ pauli celebris meoria. Exultātes veneremur: eoꝝ natalicia. Quoꝝ cursꝰ vite huiꝰ finit p martiria. Petrꝰ crucē subeūdo paulꝰ ensis iugulo. Sub nerone ābo passi: regna scādūt celica. Hinc lucerne mūdo lucent duo sūt candelabra. Quibꝰ nr̄ chorꝰ ouās libens psallat cantica. Cōuicerūt disputando: neqꝫ magū symonē. Et orādo retraxerūt

volantē per aerē. Ruit ergo ⁊ collisꝰ
adunauit silicē. Orcus mozat atq̃ te
net magnū execrabilē. Nero fremens
furibūdus ardet plusq̃ facula. Jubet
petrum crucifigi: paulū dira framea
Ferit lictoz i momēto sicq̃ ꝑ marty-
ria. Scādūt celos glᷓiosi: pares pari
glia. Assistentes laudi hozū dei iuuet
gr̄a. Et adiutos nos ꝑducat ad polo
rū gaudia. Ubi scti glozianᷣ in celesti
patria. Sit cūctoꝝ creatozi laus decꝰ
et gratia. ¶ In natali vnius euāge.

P Lausu chozus letabūdo hos
attollat ꝑ quos mūdo sonāt
euāgelia. Uoce quozū salꝰ fluxit nox
recessit ⁊ illuxit sol illustrans oīa. Cu
rā agens sui gregis pastoz bonꝰ au-
ctoz legis quattuoz instituit. Quadri
ozbis ad medelam formā iuris ⁊ cau
telā per quos scribi voluit. Circa the
ma generale habet quisq̃ speciale sti
li priuilegiū. Nō designat in prophe
ta forma pictus sub discreta vultus
animaliū. Pellens nubē nostre mo-
lis: intuetur iubar solis iohannes in
aquila. Supra celos dum conscēdit:
verbū patris depꝛhendit natū ante se
cula. Est leonis rugiētis marco vul
tus resurgentis: quo claret potentia.
Uoce patris excitatus surgit xp̄s lau
reatus imoztali glozia. Os humanū
est mathei in humana forma dei di-
ctantis prosapia. Cuiꝰ genus sic con
texit quo a stirpe dauid exit ꝑ carnis
materiam. Rictus bouis luce datur:
in qua forma figuratur noua christꝰ
hostia. Ara crucis mansuetꝰ hic ma-
ctatur sicq̃ vetus transit obseruan-
tia. Paradisi hec fluēta / noua pluūt
sacramenta: quas irrozant gētibus.
His quadrigis depoztatur: mūdo de
us sublimatur istis archa vectibus.
Non est domꝰ ruitura: hac subnixa
quadratura: hec est domus dn̄i. Glo
riemur in hac domo qua beate viuit
homo deo iunctus hoi. ¶ De apl'is.

I Ocundare plebs fidelis cuius
pater est i celis recolēs ezechie-
lis prophete ꝑconia. Est iohānes te-
stis xp̄i: dicēs in apocalipsi: vere vidi
vere scripsi vera testionia. Ante thro
nū maiestatis cū spiritibꝰ vtis quat-
tuoz diuersitatis astāt aīalia. Formā
primum aquilinā et secūdū leoninā
sꝫ humanā ⁊ bouinā duo gerūt alia.
Forme formant figurarum formas
euangelistarum quibus ymber do-
ctrinarū stillat in ecclesia. Hi sūt mar
cus ⁊ matheus lucas et quē zebedeꝰ:
pater misit tibi deꝰ: dum laxaret rhe-
tia. Formā viri dant matheo: qꝛ scri
psit sic de deo sicut descēdit ab eo quē
plasmauit homine. Lucas bos est i
figura quam pretendit in scriptura
bestiarum tāgens iura legis sub ve-
lamine. Marcus leo per desertum:
clamans rugit in apertū iter fiat deo
certū mundum coꝛ a crimine. Sed io
hānes ala bina caritatis aquilina foz
ma fertur in diuina puriozi lumine.
Quattuoz describunt isti quadrifoz-
mes actꝰ xp̄i ⁊ figurāt vt audisti: q̄s-
q̃ sua formula. Natus hō declaraᷣ:
vitulꝰ sacrificatur leo mortē dep̄da-
tur ⁊ ascēdit aq̄la. Ecce forma bestia-
lis quā scriptura prophetalis notat
sed materialis hec est impositio. Cur
runt rotis volāt alis visus lux est di-
screta lis rota sensus litteralis ala cō
templatio. Paradisꝰ his rigatur vi-
ret floret fecundatur his abundat his
letatur quattuoz fluminibus. Fons
est christus hi sunt riui fons est altus
hi procliui: vt saporem fōtis viui mi
nistrent fidelibus. Hozū riuo debria-
tis: crescat sitis caritatis vt de fonte
pietatis satiemur plenius. Hozū tra-
hat nos doctrina: viciozum de senti-
na: sicq̃ ducat ad diuina ab ymo su-
perius. ¶ Ista precedens sequētia tā
tum dr̄ in festo sācti luce euangeliste.
¶ In natali vnius martiris. Seq̃.

Organicis canamus modulis nūc. N. solēnia. Digenis dño vocib9 reddētes odas debitas. Qui i suis scis mirabilis nimis multiplici virtutū flore eosdē decorat ac mirifice adornat. Nā ꝛ ipis quasi qbusdā musicis istrumētis digito ꝓprio fides agitat fides virtutū sonora. Has numerose percurrens singulas ꝑmiscet singulis diatesserō mellisflua melodia. Quā generat virtutū mater illa que aliis decēter composita reddit suauē simphoniam. Qua sine cūcta fiunt dissona: necnon ꝛ friuola. Qua cū oīa fiūt cōsona necnō vtilia. Qua iusti bene morati rite petentes excelsa poli sydera. Alacres decātāt noua cātica: i cythara treicia. Quorū agentes festa ꝯsortia mereamur i celesti patria. In natali plurimoꝝ mar. Seq̄

